¶ In glo.q̄ incipit.nō soluit ibi.sed tu dic hec vba ſm oēs doc.nā nō pōt negari qn in ꝑnc.C.formeꝛ hec q̄stio si substitutio concepta est in vnū tm̄ casum s.mortis filij si ipse nō moriaꝛ naturaliter sed ciuiliter vel emācipeꝛ an fiat locus substōni nepotis.nam etiā illi de qbus in prin.gl.hoc fatetur cū ergo debeat adaptari ad questionē formatā vt insti.de inutili.stipu.§.ꝑterea.⁊.l.si defensoꝛ.§.j.de interro.act.⁊ in fi.huius.§.in ver.sed ex snīa ponaꝛ rñsio.dicendū est ꝙ voluit rñdere ꝙ sic.⁊ ꝙ fiat locus substōni ex qua responsione sequuntur duo.Qđ testatoꝛ potest substituere etiā in dictis casibus omissis a gallo.⁊ hoc induxit sceuola supplendo cōsiliū galli.Item ꝙ expresso vno casu veniant ceteri data potētia in testante.⁊ hoc esse verū probaꝛ tribus rōnibus que tanguꝛ in gl.nam intentio testatoris fuit substituere nepotē in casu quo filius exiret de medio:sed quodlibet istoꝝ casuū exit de medio.ergo nō est curandū de modo ꝑ quē exit.postꝙ̄ habemus effectū.l.cum seruus.de verbo.obli.⁊ quia idem est iudiciū de similibus quia nō refert qd ex equipollentibꝰ fiat.

4 †Et propter hoc allegaꝛ ista gl.ꝙ substitutio vulgaris facta in vnū casum trahiꝛ ad oēs similes.vñ si substitutio.si institutus nō poterit esse heres venit etiā casus.etiā si nolit esse.Itē si exprimaꝛ vnus casus īpotētie venit etiā alius.Aduertendū tñ ꝙ ista gl.loqꝛ in substōne vulgari facta in suitate vt expsso vno casu in quo ꝑcedēs in gradu desinit esse suus veniāt etiā alij similes.sed doc.idē dicūt in illa q̄ facta est in hereditate vt expresso vno casu in quo nō sit heres veniant similes.Aduertendū tñ ꝙ in casibus nō expressis dicta substitutio diceꝛ tacita ⁊ potius legalis ⁊ interꝑtatiua ꝙ̄ testatoris.⁊ sic dꝛ partim expssa partim tacita ⁊ hoc voluit Bar.in.l.j.de vulga.⁊ pupil.est autē magnus effectus quia si substitu.si heres esse nō poterit:licet veniat casus si heres esse noluerit qꝛ venit ex interꝑtatione legis nō vꝛ data licētia abstinendi nec tolliꝛ existētia sui heredis posito etiā ꝙ opi.Dy.⁊ Bar.sit vera in.l.si filius heres.§.eo.sicut non tolliꝛ per tacitā cōprehensam in expssa pupillari vt.l.si filiꝰ q patri.de vulga.⁊ pup.secus si verba essent generalia si heres nō erit.quia tūc ꝓpter etatē eorum veniūt oēs casus ex interpretatione legali:sed ex voluntate defuncti.

5 ¶ †Cōtra istam tñ glo.oppo.d.l.cōmodissime.§.eo.sed dic ꝙ ꝓuisio facta in vnū casum extendiꝛ ad similē.in quo ꝓuidens ꝓuidere potuit vt hic:sed facta in vna persona nō extendiꝛ ad aliā.ita loquiꝛ ibi.nā vbi nō habuit respectū ad certū posthumū.⁊ sic ille qui nascereꝛ in casu īprouiso nō videꝛ fuisse institutus vt ibi dixi.Adhuc oppo.fortiter de.l.si ita qs.⁊ de eo qđ

6 no.in.l.si mater.§.fi.j.de vulg.⁊ pupil.in gl.† Sol.substitutio facta in vnum casum extēdiꝛ ad aliū similē vt hic facta in vnū tp̄s non extendiꝛ ad aliud tp̄s.vt in 2rio.Itē sed facta in vna specie substitutionis vt in suitate non trahiꝛ ad aliā speciē vt in hereditate.⁊ ita loquiꝛ glo.l.si mater.§.fi.

7 ¶ †Ultimo opp.ad idē quia cōditio dꝫ impleri in forma.vt.l.meuius.⁊.l.q heredi.de cōdi.⁊ demō.sed si exprimaꝛ cōditio si me viuo morieꝛ ⁊ veniat casus deportationis vel emācipationis nō impleꝛ in forma.Sol.ſm Pe.Bar.⁊ alios 2riū procedit in cōditione mere volūtaria.sed qñ est necessaria ad actū.sufficit ꝙ adimpleaꝛ per eqpollentē.⁊ ita est hic.nā qñ fit in suitate ad hoc vt locū habeat est necesse ꝙ precedēs in gradu exeat de medio ⁊ cum hoc posset fieri multis modis vno expsso veniunt ceteri.Itē cum fit in hereditate ad hoc vt habeat locū requiritur ꝙ institutus nō sit heres.⁊ hoc pōt cōtingere multis modis.vno ergo expsso veniunt ceteri.qꝛ testatoꝛ censeꝛ cogitasse plus de effectu cōditionis ꝙ̄ demō.sufficit ergo ꝙ habeamus effectū ad quē censeꝛ se retulisse.lꝫ nō venerit ꝑ illū modū quē expssit Idē si esset necessaria ad effectū actus vt.l.mulier.j.ad treb.⁊ C.de insti.⁊ substi.l.iij.sed qñ est oīno volūtaria cēseꝛ habuisse respectū ad modū ⁊ formā plusꝙ̄ ad effectum.ideo requiriꝛ ꝙ

8 impleaꝛ ī forma ſm doc.subtiliter ⁊ notabiliter.† Et vide hic

a per Bart.super illo articulo seu brocardo an casus omissus[a] habeatur ꝓ omisso vel ꝓ expsso ⁊ vtrū referat qd ex equipollentibus fiat.Patet etiā ex ꝑdictis ꝙ per substōnem vulgarē factā in suitate nō tollitur suitas ꝑsupposita etiā ꝓ vera opi.Dy.⁊ Bar.ꝙ per factā in hereditate tolliꝛ.nā illa q̄ fit in suitate concipiꝛ in casum quo ille q ꝑcedit in gradu moriaꝛ testatore viuente quo tpe nō habet facultatē adeūdi.vñ nō vꝛ data licentia abstinēdi per regulā is pōt.de acq.here.⁊ hoc probaꝛ hic:qꝛ si tollereꝛ suitas etiā anteꝙ̄ filius emāciparet desineret esse suus per substōnē nepotis.⁊ fit locus substōni cuius 2riū hic patet 2rio sensu ⁊ hoc tenet Bar.⁊ oēs.

¶ In glo.ibi neqꝫ obstat in aut.de here.ab inte.§.nullā.per quā patet ꝙ cū emācipatus succedat hodie ac si emācipatus nō eēt vt ibi dꝛ.⁊ qđ etiā vꝛ de iur.C.vt.l.meminimus.C.de legi.here.vbi diciꝛ ꝙ succedit ad similitudinē suoꝝ dꝫ ꝑferri nepoti ex eo in successione sicut ꝑferreꝛ si esset emācipatus.lꝫ ꝑ istū tex.p3 2rium ex his q̄ suꝑ eo dixi qꝛ si post testm̄ emancipeꝛ euanescit eius institutio.⁊ fit locus substitutioni nepotis.⁊ sic nepos prefereꝛ filio.gl.rñdet mirabiliter ꝙ ibi loquiꝛ quādo nullū factū est testm̄ sed qñ est factum:iura vetera remanent incorrecta vt aliud fit in emācipato ꝙ̄ in suo.⁊ idē no.in aut.ex cā.C.eo.ti.⁊.l.si emā-

9 cipati.de colla.† Primū dictū glo.intellige sane ꝙ emācipa-

b tusᵇ hodie succedit d iure ciuili ꝑ illā aut.⁊ sic pōt adire.vsqꝫ ad.xxx.an.qđ olim non erat:sed de iure pretorio tm̄ ꝑ bo.pos.vnde liberi quā habeat necesse petere infra annū ⁊ in hoc iura vetera sunt correcta non tñ quātum ad modum succedendi qꝛ filius ī potestate est suus heres statim mortuo patre etiā ignorans ⁊ transmittit hereditatem ad quoscūqꝫ:sed emācipatus non efficitur suus heres nec hereditatē non aditam trāsmittit ad extraneos heredes.lꝫ transmittat ad suos descēdentes per titu.de his qui ante aper.ta.⁊ sic hꝫ necesse adire sicut quilibet extraneus.

---

a ¶ Casus omissus.Adde glo.⁊ ibi Jo.an.in.c.susceptū.de rescrip.li.vj.

b ¶ Emācipatus hodie.Adde gl.in.l.fi.ff.d inter.act.

extraneus. Nã suitas procedit rõne patrie potestatis. Secundum aũt dictũ nõ est simpliciter verũ sed procedit; eo casu quo filius emancipatus esset preteritus cũ causa legitima. nã tunc non esset testamentũ nullum. sed haberet necesse venire per cõtracta. sicut olim vt no. p glo. in. l. si filius. ff. de mino. si aũt sine causa hodie esset nullũ sicut in filio i potestate. vt no. gl. in aut. de here. et fal. §. exheredatos. Si vero filius emãcipatus sit institutus et nepos ex eo sibi substitutus si decesserit viuo testatore tunc ista gl. adhuc innuit q hodie idem sit q hic dicit vt propter emancipationẽ secutam post testamentũ fiat locus substitutioni nepotis. et sic nepos preferat filio et habeat fili' necesse venire p cõtrata. vt dixi super tex. et q si nepos nõ fuisset substitutus rũperet testamentũ agnoscẽdo tanq filius de medio subducto. Et si tẽpore testamenti esset emãcipatus filius testamentũ esset nullũ in quo nepos ex eo esset preteritus que oĩa falsa sunt. nã si nullo facto testamẽto filius emãcipatus preferretur nepoti ex eo in ista hereditate fortius eo facto et instituto filio q2 nõ debet esse deterioris cõditionis habens voluntatẽ patris expressam quã si haberet tacitã ab intestato. l. titia seio. §. fi. de leg. ij. nec pater põt dici deliquisse si expresse reliquit fi. bi id q tacite videret reliquisse nõ fecisset testamentũ. l. si qs cũ nullum. de iure codicil. ideo dic q iste. §. est hodie correctus in hoc et quod non fieret locus hodie substitutioni facte de nepote per solam emancipationẽ filij. Similiter si nepos esset preteritus nõ redderet testamentum nullũ nec rumperet. q2 cum ab intestato nihil esset habiturus precedente patre suo non debebatur sibi legitima qñ legitima est portio portionis debite ab intestato. l. cũ querit. et. l. parentib'. C. de inoffi. testa. sed ab intestato nihil habet ergo nec legitima: et si ita est eius pteritio nõ reddit testamẽtũ nullũ q2 solũ preteritio illius cui legitima debetur testamentũ reddit nullũ cũ ius rũpendi reguletur a iure succedẽdi vt. l. j. circa prin. ff. de cõtrata. et ad hoc eo. ti. si post §. liberi. vbi nõ datur cõtratabu. liberis qui ab intestato nihil essent habituri ergo nec ius dicẽdi nullũ q2 procedũt ad paria et ita tz hic Bar. et dixit se cõsuluisse. et etiã Bal. et Ange. sequit

10 †Per q etiã determinatur questio statuti dicẽtis qd existente masculo vel agnato nõ succedat filia femina. nã dicto casu preterito filie femine non reddit testamentũ nullũ nec etiã descendentiũ ex ea et hoc tenet Bar. in. l. fi. ad tertul. et Bal. in. l. maximum vitiũ. C. de lib. prete. Quidã dixerunt testamentũ nõ esse nullum de iure ciuili et sic posse adiri sed post eam aditã poterit cõtratabulari. et hoc videt tenere Bal. et Ang. in. l. si emãcipati. de colla. q nõ placet et contrariũ cõsului et multi alij. quia cui nõ dat ius dicendi nullũ eo casu quo est in potestate datur

11 etiã cõtrata. ad hoc. ff. de bo. pos. l. nõ est ambigendũ. † Ex predictis ptz an titulus de cõiungendis sit hodie correctus et breuiter si subditur ab intestato. dic q sic. q2 emancipatus preferet nepoti ex eo. Sed si esset factũ testamẽtũ in quo nepos in ptãte esset institutus et filius pater eius preteritus cũ cã. et sic haberet necesse venire p cõtratab. videt tenere Bar. in. l. j. de cõiungẽ. cũ emã. libe. et etiã Ange. in. l. cũ proponas. ff. de inoffi. testa. q nõ sit correctus. et q p cõtratabu. aduocauit dũtaxat dimidiã qd not. ¶ In glo. ea. ibi sed qd si emancipatus readoptet. ista questio pcedit iure isto non iure hodierno p ea q dicta sunt. ff.

12 †Querit ergo si fili' qui p emãcipationẽ desijt tenere primũ locũ: et nepos ex eo ingressus est locũ eius tã in suitate q in hereditate: et postea readoptet an recuperabit locũ suũ. et sic deijciat nepotẽ q iceperat pmũ locũ tenere gl. ista dicit q nõ. doc. dicũt eam verã qñ fuit readoptatus simplr nõ tãq pr illi' nepotis: q2 tũc illũ nepotẽ nõ videt pcedere in gradu. sz loco cuiuslibet extranei adoptati habet secus si fuisset adoptat' tãq pater illius nepotis. q2 tũc pcederet eũ in gradu. vt no. in. §. si qs filiũ. allegato in glo. et pbato in. l. iij. §. j. de cõtratab. et fm istã distinctionẽ intellige. l. si pater filiũ. cũ sua gl. ff. de adop. Aduerte vt intelligas. nã dico q si adoptat in locũ patris istius nepotis deijcit nepotẽ ex toto et totam hereditatẽ sibi aufert ac si nunq fuisset emãcipatus. vt sic potius reditus sit ad primũ gradũ et locũ q trãslatus de nouo. vt. ff. eo. l. filio quẽ pater. sz si adoptatus simplr tũc reputat tãq qlibet extraneus adoptatus respectu huius nepotis. ideo nõ aufert sibi totũ q2 nõ precedit eũ in gradu. sed q2 sua institutio enumerat p emãcipationẽ et nũc reperit se pteritũ rũpit testm̃ et sic aduocat dimidiã p. l. pcedentẽ. in. §. i. ibi nõ quidẽ adoptauit et c. Nec obstat distinctioni predicte. l. filio quẽ pater. ff. eo. vbi nõ refert qliter adoptet. q2 ibi qñ fuerat exheredatus nos loqmur qñ fuit institut' et nepos substitutus et querimus an preferat nepoti et cõstat q nõ põt preferri nisi pcedat eũ in gradu. Nec etiã obstat. l. ordine. ff. ad municipa. p quã vr q nõ recuperet locũ suũ quẽ reperit occupatũ p nepotẽ. q2 ibi loquit de occupatione pfecte facta sz hic nõdũ perfecte facta erat cũ testator adhuc viueret et sic substõ nepoti

huc nõ erat cõfirmata morte. ideo si readoptat in locũ patris

13 nepos recuperat et illũ deijcit. ¶ †In glos. ibi secus in filio deportato restituto supple per principẽ vult ergo glo. q si filius cuius nepos fuerat substitutus si decesserit viuẽte testatore fuerit deportatus. et sic factus est locus substitutioni de nepote vt colligitur hic in tex. postea restituatur in integrũ per principẽ indistincte recuperet locũ suũ et deijciet nepotẽ. et sic annihilat substitutio et reuiuiscet eius institutio. nec isto casu distinguit an restituat ad locũ quẽ prius tenebat. i. tanq pater illius nepotis. vel simpliciter q2 de natura restitutionis in integrũ est reponere rẽ in pristinum statũ. l. q si minor. §. restitutio. de mino. et sic censet restitutus tãq pater illius nepotis nõ sic in rea

14 doptione que põt fieri tanq de extraneo. †No. ergo tria ex ista glo. primo illud qd dixi. scdo q restitutio in integrũ non tollit ius alteri quesitũ perfecte sz quesitũ nõ perfecte sic: nã viuẽte testatore quesitũ est sed nõ perfecte q2 fuit factus locus substitutioni et nepos iã erat ingressus in locũ filij. Ista ergo restitutio illud ius bene aufert. sz post mortẽ est quesitũ perfecte q2 substitutio est cõfirmata. et ideo tollit qd intellige siue nepos iã se immiscuerat hereditati siue nõ q2 quesitũ erat sibi ius immiscẽdi qd auferri nõ dz sine eius volũtate. nec pnceps credit voluisse auferre. vt. l. ij. §. merito. ne quid in loc. pub. Et probat qd dixi et istud qd ista gl. hodie satis clare i. c. q̃uis. de resti. li. vi. Ideo si bona alicuius fuerũt cõfiscata propter crimẽ et per fiscũ alienata deinde restituat in integrũ nõ recuperat bona alienata p hanc gl. et per. l. q si minor. §. sceuola. cũ ibi no. de mino. secus si nõ essent alienata. vt. l. j. C. de bo. dã. cũ ibi no. et idẽ i restitutiõe

15 in integrũ q2 cõcedit ratione etatis. vt in. d. §. sceuola. ¶ †Tertio et vltimo no. est ista gl. et ad hoc allegat q restitutio in integrum nõ trahit retro sed operat vt ex nunc cũ fit. q2 si traheret retro tolleret ius interim alteri quesitũ sicut fictio postliminij. vt. ff. ti. j. si quis filio. §. sz si pater. Ratio diuersitatis. q2 fictione postliminij subeat spes probabilis etiã anteq redeat captus ideo alteri nõ põt perfecte acquiri: vt. l. nec nos. C. de cap. Sed de restitutione in integrũ que fit a principe anteq fiat nõ subest spes cũ depẽdeat a volũtate principis. et sic reputat quasi im

16 possibilis. l. apud iul. §. fi. de leg. j. ¶ †Et predicta inducunt ad questionẽ quotidianã si filius [a] legitimat an ista limitatio noceat alijs filijs vel agnatis nã si legitimatio traheret retro ad similitudinẽ fictionis clarũ esset q sic: q2 fingeret nunq fuisse ille gitimus si nõ trahit retro nõ fit preiudiciũ illius quibus esset ius quesitũ perfecte. vt si facta esse post mortẽ patris secus si in eius vita vel etiã post mortẽ si pater mãdauit eã fieri. et istã partem tz Bar. hic in effectu q2 legitimatio est quedã restitutio naturaliũ et de natura restitutionis nõ est q trahat retro in preiudiciũ illorũ quibus est ius quesitũ vt in hac glo. no. Sed aduerte q2 Bar. nõ perfecte declarat istũ articulũ. dic ergo q si fiat in vita patris et p eius postulationẽ si quidẽ pater nõ habeat alios filios legitimos. sz bene habeat agnatos procedit dictũ Bar. indistincte q2 valet legitimatio etiã si de illis nõ fuit facta mentio nec consenserũt nec fuerũt requisiti. vt. l. cum adoptio. ff. de ado. q2 pater poterat illis auferre bona extraneũ instituendo. ergo et istũ legitimãdo sine iniuria illorũ. si autẽ habeat filios legitimos. tunc si de illis nõ fuit facta mẽtio in genere vel specie nõ valuit legitimatio tanq surreptitia. q2 solet fieri nisi in defectum legitimorũ filiorũ: vt in aut. quib. mo. na. effi. sui. §. generaliter. et in aut. qui. mo. na. effi. leg. §. si quis igit. in quibus est expressum. vnde credit q princeps nõ legitimat: sed si sciuisset subesse legitimos. Si autẽ fuit facta mẽtio tunc si fuit dictũ q nõ fiat eis preiudiciũ valet legitimatio tamẽ ille nõ succedit cũ legitimis ab intestato sz pater põt bene sibi in testamẽto relinquere dũmodo legitimã filiorũ legitimorũ nõ minuat ita intelligo qd no. Jo. an. in add. Spec. in ti. de succes. ab inte. ante fi. vbi refert questionẽ disputatã. si aũt nõ dixi q nõ fiat eis preiudiciũ: tũc poterat succedere etiã ab intestato et hoc in legitima

17 tione que fit p principẽ. † Sed in illa q fit per matrimoniũ subsequẽs vr q p eã possit minui etiã legitima aliorũ filiorũ. p il lũ. §. generaliter. in fi. et p rationẽ q2 pr recipiẽdo nouã vxorẽ: et procreãdo ex ea filios põt pudiciũ facere primis liberis in diminuẽdo legitimã. nã si habeat vnicũ filiũ debebat sibi tertia omniũ bonorum p legitima si recipit vxorẽ et pcreat aliũ. illa ter

18 tia diuidit inter ambos. ¶ †Et ex istis patet qd iuris in qõne quã tractat Jo. an. in mercu. in regula sine culpa. de legitimato p sequẽs mrimoniũ an recuperet ius [b] pmogeniture qd erat penes aliũ filiũ legitimũ q tñ fuerat scdo loco natus: et vr q sic p predicta. ipse tamẽ determinat contrariũ. dicit tñ sic multũ dubitare p sua tñ decisione facit: q2 in iure pmogeniture nõ vr q pater possit i preiudiciũ filij disponere sicut nec de feudo. vt in c. j. de succe. feu. sz ꝯ eũ facit rõ quã. ff. dixi. q2 ꝯhendo matrimoniũ vr q possit. Facit etiã ꝯ determinationẽ Jo. an. gl. hic posi.

[a] ¶ Si filius legitimat. adde doc. i c. p venerabilẽ q filij sint legi. et p Ant. de rosel. in tractatu de legitimatione.

[b] ¶ An recuperet ius. adde Mar. de lau. i tractatu pmogeniture.

ta q2 legitimatio q̃ fit per subseq̃ns matrimoniũ fit viuẽte testatore vel de eo cuius hereditate agit̃. ⁊ sic tẽpore quo ius primogeniture nõ erat adhuc pfecte quesitũ scdo genito videt̃ ergo ꝙ lʒ scdogenitus incepisset tenere primũ locũ q2 primo loco natus est legitimus ⁊ naturalis legitimatus qui primo fuerat natus nõ legitimus ipm̃ deijciat cũ legitimatio sit restitutio natalium sicut hic glo. dicit de filio deportato ⁊ restituto ꝙ deijcit nepotẽ q inceperat tenere primũ locũ si restituat̃ testatore viuente nec video quomodo possit rñderi ad hanc gl. nisi dicat̃ ꝙ in q̃ne Jo. an. nõ poterat testator disponere cõtra illum cui fuerat quesitũ ius primogeniture: sʒ hic bene poterat disponere tñ hec rñsio tollit̃ per ea que. s. dixi. q2 cõtrahendo matrimoniũ põt facere ꝯditionẽ deteriorẽ etiã illius cuius aliter disponẽdo nõ poterat vt in legitima. 19 †Si vero legitimatio fiat post mortẽ patris siquidẽ pater mãdauit eã fieri idẽ ꝑ omnia q̃d supra. sed si nõ mãdauit q̃d tunc cũ ius adeundi ⁊ succedendi sit delatũ alteri si nõ fiat de illo mẽtio ĩ genere vel in specie nõ valet: q2 nõ est credẽdũ ꝙ princeps voluerit ius illi quesitũ auferre. nec curo hoc casu an sint alij filij legitimi ⁊ naturales an nõ: sed alij cõsanguinei vel agnati. ⁊ in hoc differt iste casus a precedẽti in quo de agnatis nõ est fiẽda mẽtio. sed hic sic q2 iam quesitũ erat eis ius succedẽdi q̃d sine ipsorum volũtate auferri nõ debebat. vt. l. id q̃d nostrũ. de regu. iur. nec curo an illi iam adiuissent hereditatẽ vel nõ. ⁊ hoc videt̃ tenere Hosti. in summa. qui fil. sint legi. in prin. penul. col. ⁊ Bald. in prin. C. circa fi. lʒ in. l. deo nobis. de epis. ⁊ cle. ad fi. videat̃ facere differentiam an hereditas sit adita vel non. sed prima magis placet quantũ ad hunc casum: lʒ quantũ ad sequentẽ possit distinctio procedere. Si aũt facta sit mẽtio: q2 legitimauit nõ obstante ꝙ alijs sit delatũ ius succedendi vt vidi in quibusdam legitimationibus: tũc bene distinguo an hereditas esset adita. ⁊ puto ꝙ legitimatio nõ valeat quantũ ad preiudicium illius qui adiuit. q2 cũ sibi sit acquisitũ dñium: lʒ per modũ iuris ciuilis q2 tñ dñium de se est de iure gentiũ. vt. l. ex hoc iure. s. de iusti. ⁊ iure. nõ potest sibi auferri per principem sine cã cõcernente publicam vtilitatẽ. vt plene no. in. l. fi. C. si cõtra ius vel vti. publi. sed si hereditas nõ esset adita tunc lʒ esset delatũ ius succedendi. q2 illud est mere de iure ciuili princeps[a] põt auferre iuxta ea que not. Jnno. in. c. que in ecclesiarũ. de cõsti. ⁊ ita alias dixi cõsulendo: lʒ nõ reperiã aliquẽ hoc tangentẽ. ⁊ ꝓm istam distinctionẽ intelligo not. ꝑ Jo. an. in loco. s. allegato in addi. Spec. 20 titu. de suspec. ab intestato. ante fi. †Similis questio format̃ ꝑ Bal. si tpe mortis quis habeat filiũ qui erat frater.[b] minor. ⁊ sic erat incapax in cõi ⁊ in particulari. ⁊ per ꝯsequens hereditas eius fuit delata proximioribus si postea ille frater minor efficiatur episcopus. ⁊ sic absoluitur a regula. et efficiatur capax. vtrum auferat hereditatem alijs. nam distinguitur an alij iaʒ adiuissent vel non vt in dicta. l. deo nobis. vbi omnino vide. Quid autẽ in legitimatione que fit nõ per ipsum principẽ immediate quo casu procedũt ea que dicta sunt sed ꝑ comitẽ palatinum. Respondeo[c] inspicienda est potestas sibi data. ⁊ indubio non censetur data potestas legitimandi nisi eo modo quo princeps esset legitimaturus ex ordinaria potestate nõ ex suprema arg. in. l. in testamẽto. in fi. C. de testa. mili. ⁊ q̃d ibi dixi. ⁊ in. l. j. in fi. de offi. prefec. preto. ¶ Et sic si pater habebat filios legitimos ⁊ naturales etiam ad instantiam eius et eo viuente non poterit legitimari bastardus quia ipse princeps non legitimaret ex ordinaria potestate vt in. d. §. ꝯ̃aliter. in aut. quib. mo. natu. effi. sui. licet posset ex plenitudine potestatis faciẽdo de illis mentionẽ. sed iste comes nullo modo poterat si simpliciter data est sibi potestas legitimandi. nec fuit dictũ etiam extantibus filijs legitimis.

2 ☞ Pluralis numerus interdũ ponitur pro singulari.
Statutum puniens inducentem falsos testes habet locũ etiã si inducat vnum solum falsum testem.
3 Jn dubio debemus facere interpretationem pro sustentatione testamentorum propter publicã vtilitatem.
Publica vtilitas vertitur vt testamẽta mãdentur executioni.
4 Lex velleia nõ induxit rupturam testamenti sed abstulit.
5 Quod possim instituere illum qui est apud hostes sub cõditione si redierit licet tẽpore testamenti sit incapax.
Ualet institutio facta de spurio per patrem sub cõditione vel quando legitimabitur si postea legitimatio sequatur.
Jnhabilis ad testandũ non potest testari sub conditione si vel quando efficietur habilis.
6 Nepos natus ex filio spurio vel icestuoso an possit heres institui ab auo ⁊ quid si natus est ex filio naturali.
7 Quid in nepote bastardo nato ex filo legitimo.
8 Quid in auia que testatur ⁊ quid in nepote bastardo ex filia ꝙ possit succedere auie materne vel auo materno sicut ⁊ matri.

1 **Quid si is.** †Hic ponitur alia suppletio sceuole ad cõsiliũ galli de casu ad casuʒ sicut in precedẽti. §. ⁊ hoc innuit. Prouisio galli facta in casu quo filius moriatur testatore viuente extẽditur per sceuolam ad casum quo vere moriatur testatore mortuo sed fingatur mortuus eo viuo. Jtem facta de nepote nasciturо post mortẽ sui patris extenditur ad casuʒ quo nascitur vero ipso viuo. sed fingitur natus eo mortuo. h. d. ĩ effectu. Et sic est duplex suppletio quarũ vna cõcernit personã filij instituti cui nepos fuit institutus altera cõcernit personã ipsius nepotis de prima vsqꝫ ibi vel etiam adhuc illis viuis ⁊c. de secunda vsqꝫ ibi. nam ⁊ hic casus. Jtem diuide in tres partes. q2 primo ponunt̃ ꝑdicte due suppletiones vsqꝫ ibi. nam. ⁊ hic secũdo rñdetur tacite obiectioni q̃ poterat fieri ꝙ dicte suppletiões nõ essent necessarie quasi dicti casus determinentur per velleiũ. ⁊ dicit hoc nõ esse verũ vsqꝫ ibi melius ergo. tertio determinat ꝙ in prima parte posuerat dubitando sicut in precedẽti. §. ¶ Jn tex. ibi q̃uis post mortem patris. et sic nõ habebant locum verba galli qui locutus est de filio instituto qui moritur testatore viuente: sed hoc est verũ inspecta veritate. sed inspecta fictione fingit̃ mortuus prima hora captiuitatis. ⁊ sic patre viuente tñ ad istũ casum nõ extendebat̃ prouisio galli q2 erat cõtra ius cõe ⁊ sic non extendebat̃ ad casum fictũ. vt. l. iij. §. hec verba. cũ ibi not. s. de nego. gest. fuit ergo necessaria suppletio sceuole. ⁊ ideo supplet vt etiã ĩ dictũ casum possit nepos substitui. ⁊ iste est vnus intellectus vel ꝙ si facta est substitutio simpl'r in casu quo filius moriat̃ testatore viuente locũ habeat etiã si moriatur eo mortuo apud hostes q2 fingitur mortuus eo viuente. ⁊ sic cõprehendit casum verũ ⁊ casum fictũ: q2 facta suppletione per sceuolã vt possit fieri substitutio in dicto casu ꝓuisio testatoris nõ est cõtra ius cõe. ⁊ ideo facta in vnũ casuʒ cõprehendit aliũ similẽ sicut in ꝑcedenti. §. ⁊ iste est alius intellectus ⁊ bonus quẽ ponit glo. fi. sicut in simili not. in precedẽti. §. ¶ Jn tex. ibi post mortẽ. s. aui nasceret̃ supple nepos. ⁊ sic tangit̃ hic alia suppletio fiẽda circa cõsiliũ galli q2 gallus fuit locutus de nepote q nasceret̃ post mortẽ aui. ⁊ etiã patris sui. sʒ ponamus ꝙ ĩ casu supradicto. nepos iste nascitur post mortẽ aui tñ viuente pr̃e suo apud hostes q pr̃ postea apud hostes morit̃ certe inspecta veritate nõ habẽt locũ verba galli. q2 natus est viuente suo patre. sʒ inspecta fictione bene habẽt locũ q2 cũ pater fingat̃ mortuus prima hora captiuitatis nepos ꝑ ꝯ̃ns cẽset̃ natus post mortẽ fictã sui pr̃is tñ ad hũc casum nõ extendat̃ ꝓuisio galli per rationẽ de qua. §. ideo sceuola supplet vt possit substitui nepos ꝑdictis in dictũ casum ⁊ si fuit substitutus sub ꝯditione si nasceret̃ mortuo auo ⁊ etiã pr̃e suo admittetur hoc casu tãq̃ natus post verã mortẽ aui ⁊ post mortẽ fictam sui patris. Sed iste videt̃ sibiipsi cõtrariari dum dicit post mortẽ aui. et. s. dixerat illis. nã dicit sanatus est post mortẽ aui falsuʒ est ꝙ fuerit natus illis viuis. i. auo ⁊ patre suo ꝓpter gl. ij. q̃ incipit sic ꝯstrue multũ laborat. sʒ final'r tene vltimã expositionẽ vt ponatur pluralis ꝓ singulari ⁊ exponat̃ illis viuis. i. illo viuo. s. pr̃e suo q vere viuebat apud hostes tpe quo nepos est natus: licet eo mortuo penes hostes fingat̃ tunc fuisse mortuus. ⁊ sic not. ꝙ interdũ pluralis numerus[d] ponit̃ 2 pro singulari. †Unde inducit̃ ꝑ Bal. si statutũ punit inducentẽ falsos testes vt habeat locũ etiã si inducat vnũ solũ falsuʒ testẽ vide ꝑ Bar. i. l. ij. §. hoĩes. vi bo. rap. ⁊ adde. l. iij. §. j. de neg. gest. vbi edictũ pretoris loquens in plurali de gerente negotia aliena locũ sibi vẽdicat etiã si vnũ tñ. Bal. aũt dicit ꝙ tex. põt proprie stare si fiat transitus de nepote ad pronepotẽ q2 filius ⁊ nepos erãt apud hostes ⁊ ꝓnepos fuit institutus ꝓm id q̃d habetur in. §. idẽ credendũ. qui postea natus est illis viuis: sʒ mortuo auo tñ litera nõ patitur hanc transgressionẽ cõiter ergo tenetur id q̃d. s. dixi. ¶ Jn tex. ibi ad. l. velle. nõ pertinet q2 i primo capite loquit̃ de nepote qui nascit̃ mortuo filio ⁊ auo viuente. sed hic nascit̃ ecõuerso viuente filio ⁊ auo mortuo. vnde siue inspiciatur veritas siue fictio quantũ ad filiũ casus iste de nepote nato post mortẽ aui non põt ad velleiũ pertinere. sed ad solum gallum ⁊ eodẽ modo nec scdm caput dicte legis q̃d loquitur de nepote qui erat iam natus tpe testamẽti ⁊ hic nascit̃ post fuit ergo necessaria suppletio sed nec ad gallũ videt̃ pertinere etiã inspecta fictione q2 gallus loquit̃ q̃n filius morit̃ post testamentũ sed cũ hic tẽpore testamẽti esset apud hostes. si post ea ibi moritur fingit̃ mortuus preambula hora captiuitatis. ⁊ sic ante testamentũ. vnde nec inspecta veritate nec inspecta fictione videt̃ iste casus ad gallũ pertinere. verũ q2 iste casus est de nepote qui nascit̃ post mortẽ aui testatoris de quo solus gallus fuit locutus nõ velleius potius reducit̃ ad prouisionẽ galli ꝙ velleij. nam quicquid dicitur ad. §. nũc de lege pertinet ad prouisionem galli. ⁊ suppletiones que hic fiunt omnes concernunt illam vt dicit glo. ĩ. ea. l. §. fi. eius. ¶ 3 †Jn tex. ibi vtilitate dicit glo.

a ¶ Prĩceps põt adde Bal. in. l. q se pr̃is. C. vñ lib. ⁊ adõ ꝙ hãc opi. referẽdo pau. de ca. hic tʒ alex. de imo. in cõsi. ij. co vj. §. ⁊ casuʒ nr̃m in fi. in. j. vol. vbi vide Cur.

b ¶ Qui erat frater adõ cle. exiui de padiso ð ver. sig. ⁊ Bar. in tractatu minoricar.

c ¶ Rñdeo adde ꝙ idẽ tʒ do. alex. de imo. referẽdo dicta pau. de ca. hic in ꝯ̃si. lx. col. fi. circa prin. i. ij. volu. Francis. de are. hic ⁊ in cõsi. suo. clvj. ⁊ ita in facto cõsulendo allegaui ĩ ꝯ̃si. mihi. xiij. inci. statuto ianue vbi vide late. Et adde predictis etiam Alex. de imo. in cõsi. lxvij. col. pe. versi. etiã facit ⁊ in cõsi. cxiiij. col. pe. in. j. vol. ver. et ꝓpterea. ⁊ ibi allegat eundem Paul. in consi. clxxxj. incip. sup eo q̃d primo loco. Cur.

d ¶ Pluralis numerus. Adde. l. si seruus. in. §. si pluriũ. ff. si quis cau. doc. in. l. j. in §. vt initiũ. ff. de postu.

te dicit glo. ſ. publica que vertiť in ſubſtentandis teſtamentis quā glo. not. ſingulariter ſm Bal. qꝛ alibi nō ita expreſſe reperitur: ⁊ ſic ſemper ī dubio debemus facere interpretationē pro ſuſtentatione teſtamentorū ꝓpter publicā vtilitatē que in hoc vertitur ſimiliter vertitur publica vtilitas vt teſtamēta executioni mādenť. vt. ī. que ad. teſta. ape. l. vel negare. ¶ In text. ibi in fi. multos caſus rūpendi abſtulit. 4 †No. hic tex. cōtra multas glo. que dicunt teſtamentū rūpi vel nō rumpi p. l. velleiā. nam improprie loquuntur qꝛ lex velleia nō induxit rupturā: ſed abſtulit vt hic patet ⁊ dixi. vt. ſ. eo. ſi quis poſthumos. ſ. ſi filium. quinimo etiā imperator videť improprie fuiſſe locutus in. l. ſi quis filiū. C. de inoffi. teſta. circa prin. ¶ In glo. j. que ponit caſum ibi filiū ſi de hoſtibus redierit inſtituo. 5 †Not. iſtā gloſ. ꝙ poſſum inſtituere illū qui eſt apud hoſtes ſub cōditione redierit: lꝫ tēpore teſtamēti ſit incapax qꝛ ſeruus hoſtiū qꝛ confertur in tēpus quo erit capax vt. l. in tēpus. ī. de here. inſti. Et p hoc dicit Bal. ꝙ vꝫ inſtitutio facta de ſpurio per patrē ſub cōditione vel ſi qñ legitimabiť ſi poſtea legitimatio ſequatur qđ videť verum etiā ſi ſequatur poſt mortē patris qꝛ in diſpoſitione patris cōditionali nō nocet incapacitas exiſtens cōditione pendente nō ſic ille qui eſſet inhabilis ad teſtandum poſſet teſtari ſub cōditione ſi vel qñ efficietur habilis ita notabiliter ponit Bal. in. l. eam quā. in. xv. col. C. de fideicō. ⁊ tetigi. ſ. de teſta. l. ſi filius. 6 ¶ †Ultimo Dy. dicit hic duo verba notabilia ad nepotem natum ex filio ſpurio vel inceſtuoſo vt poſſit heres inſtitui ab auo. ⁊ forte hoc voluit colligere ex iſto tex. cū glo. ꝙ ſicut incapacitas filij exiſtentis penes hoſtes nō nocet nepoti ex quo minus poſſit inſtitui vt hic patet ita et incapacitas filij ſpurij vel inceſtuoſi. ſm Bal. in. ſ. quidam recte. ſ. ea. l. addebat iſtud dictum Dy. ſuper gl. ibi poſita circa fi. dum dicit ꝙ nepos adhoc vt ſibi acquirat debet emācipari alias oīa acquireret patri ſuo: ⁊ ideo intelligebat dictū Dy. per cōtrariū ꝙ ſicut non poterat inſtituere filiū vel inceſtuoſū: ita nec nepotē legitimū ⁊ naturalē ex eo. ⁊ multa verba ſuper hoc ibi effundit que non ſunt vera. ⁊ ſunt cōtra mentem. l. fi. C. de natu. libe. vbi glo. mouet iſtā queſtionē ⁊ non ſoluit ſm gloſ. antiquas lꝫ fuerit facta quedā additio Fran. accurſij p quā ſoluit vt. ſ. dixi ꝙ poſſit inſtitui. Scire autē debes ꝙ ſi eſſet nepos ex filio naturali natus ex cōcubina iſte caſus nō haberet dubiū qꝛ deciſus eſt p illam l. ꝙ poſſit auus quicqd vult illi relinquere ſi nō habet prolē legitimā: licet filio naturali nō poſſet: nā iſta impotentia prouenit ꝓpter ipſius patris delictū ⁊ ad refrenandū ipſius vitium incōtinentie nō ꝓpter delictū vel demerita filij naturalis q in nullo deliquit. ideo ab alio ꝙ a patre pōt capere in vltima voluntate vt no. glo. in auť. q. mo. na. effi. ſui. ſ. fi. in vltima gl. magna. ⁊ Bar. in. l. j. in prin. de iur. fiſ. qꝛ ergo non deliqt niſi circa ipſum filium naturalē nō puniť quantū ad nepotē natū ex eodem filio. ⁊ ideo pōt illi quicqd vult relinquere vt eſt ibi caſus. ⁊ licet illa lex loquať quādo nepos erat legitimus ⁊ naturalis tamē iſta ratio cōcludit etiā vbi erat naturalis tantū vel nō legitimus: qꝛ lꝫ filius eius idē pater nepotis in generādo illū deliquerit non ſic deliqt auus. vnde pōt ab auo capere ſicut a quolibet alio: lꝫ nō a ſuo prē. Eſt ergo qđ qđ in nepote nato ex filio ſpurio vel inceſtuoſo. iſti enim ſunt magis exoſi et magis incapaces: qꝛ videbať eoꝝ odiū vel incapacitas magis debere nocere nepoti: ſed re vera idē eſt. nā ⁊ adhuc viget eadē rō que ſ. licet Bal. nitatur dicere cōtrariū dicens ꝙ vitiū eſt in radice qꝛ ſi pater nō deliquiſſet ī generādo filiū nō legitimū nō fuiſſet natus nepos ex illo. ⁊ ideo vitiū paternū prorogatur de prole in prolem: ſicut peccatū Ade infecit totū humanū genus et poſteros ſed ſi iſta rō ꝓcederet falſum diceret illa. l. ideo ipſe loquitur reuera cōtra illū tex. ī hoc ergo paſſu qñ habeo filiū nō legitimū ſiue ſit naturalis ex cōcubina de quo loquiť. l. fi. C. de natu. libe. ſiue ſpurius vel inceſtuoſus de quo querit ibi glo. et Dy. hic tāgit ⁊ Bar. examinat ⁊ ex eo habeo nepotē legitimū vel nō legitimū non curo vt colligiť ex illa. l. fi. vtrū poſſim illi nepoti relinquere quicqd volo lꝫ nō poſſim relinquere filio. et a dic plenius[a] ꝙ Bar. ꝙ aut habeo prolē legitimā. ⁊ tūc nō poſſum illi relinquere pluſꝙ poſſet patri ſuo vt eſt ibi caſus ⁊ iſtū caſum omittit Bar. ⁊ fuit hoc introductū p illā. l. nā ante ipā poterā relinqre qꝛ nō debebā puniri niſi qꝫtū ad filiū in cuius gñatione cōmiſi vitiū. vt ptꝫ ex illo tex. ſꝫ p illā. l. qñ habeo ꝓlē legitimā fit extēſio ꝓhibitionis de filio ī nepotē. vt ptꝫ ante fi. l. in ver. extēdimus qđ multū pondera. qꝛ p alios nō fuit pōderatum ⁊ eſt neceſſariū ad deciſionē alioꝝ dubioꝝ qꝛ p hoc ptꝫ ꝙ illa lex eſt odioſa ⁊ reſtringibilis nō emanās ad inducendū promiſſionē ⁊ poteſtatē relinquendi: ſed potius ad tollendā ſi bñ inſpiciať. aut nō habebā prolē legitimā ⁊ tūc aut fili⁹ meus nō legitimus erat iam mortuus ⁊ poſſum illi nepoti relinquere ſine dubio per illum tex. ſiue ſit ex naturali vt ibi ſiue ex ſpurio vel inceſtuoſo ſm Dy. hic. nec iſtū caſum tāgit Bar. nec eſt hic neceſſaria ſua diſtinctio. aut viuebat ille filius pater illius ⁊ tūc eſt recurrendū ad diſtinctionē Bar. quā facit hic ⁊ in quodā cōſilio ſuo qđ incipit oducius de gualdo ꝙ tres ſunt caſus. nam aut cōſtat ꝙ reliquit nepoti contēplatione patris ſui vt patri acquireret ⁊ nō valet ſicut ſi reliquiſſet ipſi patri: qꝛ eſt incapax tam per ſe ꝙ mediāte perſona alterius vt. l. j. C. de na. libe. ⁊ eſt verum etiā ſi ille nepos nō eſſet in eius poteſtate qꝛ nihilominus teneret ille reſtituere ſi fuit illi relictū cōtemplatione ipſi⁹ patris. ⁊ illi acquiriť vt. l. ſꝫ ſi plures. ſ. in arrogato. de vulg. ⁊ pupil. ⁊ l. aditio. de acqui. here. Aut cōſtat ꝙ fuit ſibi relictū nō cōtemplatione patris: ſꝫ ipſius nepotis vt apud eū remaneat ⁊ nihil patri acquirať. qꝛ ſic fuit expreſſe dictū. ⁊ tūc ſine dubio valet qꝛ nihil illi patri acquiriť circa vſumfructū ſꝫ ſoli nepoti hodie. vt in auť. excipiť. C. de bo. q̄ lib. etiā ſi ſit in illi⁹ poteſtate aut dubitať cuius cōtemplatione voluit relinquere tūc Bart. tenet ꝙ preſumať cōtemplatione ipſius nepotis. ⁊ ſic valet ſicut in caſu precedēti ⁊ nihil patri acquirať. Sed Spe. in tit. de ſucceſ. ab inteſta. ſ. j. verſi. qui ſi habēs ſpuriū. videť diſtinguere an eſſet in poteſtate ſui patris ⁊ non valeat: an nō. ⁊ tunc valeat per. l. queriť. que optime facit. ī. de bo. que libe. ⁊ ſm iſtā diſtinctionē videť debere intelligi opi. d. Ang. qui tenet hic contra Bar. ꝙ nō valeat. ſꝫ certe iſta diſtinctio potuiſſet procedere de iure veteri ſm ꝙ ſi erat in poteſtate patris acquirebat ſibi proprietatē ⁊ vſumfructū etiā inuito relinquēte. Hodie nō eſt ita. ⁊ ideo iſta diſtinctio nō placet. ſed teneo indiſtincte cū Bart. qꝛ nō videor elegiſſe viā per quā impugneť relictū vt. l. ſi miles qui deſtinauerat. ī. de teſta. mi. ⁊ ſic videor voluiſſe indubio ꝙ nihil acquirať patri etiā vſufru. ⁊ ſic nō acquirereť vt in auť. excipitur. Nec obſtat ſi dicať id ꝙ relinquiť nepoti cenſeť relictū cōtēplatiōe filij vt. l. dedit dotē. ī. de col. bo. nā verū eſt ꝙ ꝓpter filiū diligo nepotē ⁊ propter hanc dilectionē ei relinquo. ⁊ ita intelligitur illud. ſꝫ nō requiriť ꝙ videar relinquere eo aīo ꝙ acquiratur filio. nam pōt eſſe ꝙ filiū habeo odio propter eius vitiū qꝛ eſt vnus diſſipator. ⁊ nolo ꝙ ſibi aliquid acquirať ſed nepoti propter filiū. Et ſic pōt dici duobus modis relinqui cōtemplatione alterius vt no. in. l. ſociū qui in eo. ſ. pro ſocio. et hoc etiā tangit hic Bar. ⁊ probať etiam qꝛ filio nō pōt acquiri etiā vſuſfructus ergo acquiriť illi cui pōt acquiri. ſ. ipſi nepoti. ſicut in eo ꝙ relinquiť ſeruo cōi qꝛ ſi non pōt acquiri vtriꝗ ex dominis acquiriť ei cui pōt vt. l. verū. ſ. ſi cōi ſeruo. ſ. pro ſo. ⁊ l. itē ſi ſeruus. de ſtipu. ſeruo. 7 †Tangiť etiā caſus econuerſo in d. ſ. fi. quādo habebā filiū legitimū ⁊ ex eo nepotē baſtardū an poſſem illi relinquere quicquid volo lꝫ pater eius nō poſſit et hic breuiter diſtinguēdi ſunt duo caſus tantū. aut habebā prolem legitimā ⁊ tūc nō poſſum relinquere niſi quatenus pater eius idēꝗ filius poterat ⁊ hoc fuit introductū per illā. l. antiquā poteram qꝛ in illo vitio nō cōmiſeram etiā ſi habebā prolem legitimam. ⁊ tunc poſſum indiſtincte ſiue pater eius viuebat ſiue nō: nō eſt curādū cuius cōtemplatione relinquiť. nā multomagis valeret ſi cōtemplatione ſui patris cui relinquere poterā ⁊ in hoc differt caſus a precedēti ⁊ iſtum caſum Bart. nō proſequitur. 8 †Sed ego habui caſum de facto. quid in muliere. nam illa lex videtur loqui in maſculo dum loquitur in maſculino genere ſi quis ⁊c. gl. querit quid de femina ⁊ nō ſoluit. Cy. ſe infraſcat ⁊ non reſpondet ad queſtionē formaliter: ſed an ille nepos poſſit ſuccedere ab inteſtato. Ego habui caſū a quadam muliere que habebat filiā nuptā ⁊ dotatā ⁊ ex filio legitimo et naturali premortuo habebat vnum nepotē baſtardū fecit illū heredem vniuerſalē. ⁊ illi filie modicū reliquit iure inſtitutionis: ille dicebat nō valere teſtamentū qꝛ poſtꝙ mater eius habebat prolē legitimam nō potuit illi nepoti baſtardo relinquere pluſꝙ potuiſſet pater illius. ⁊ ſic hereditatē ad ſe pertinere ab inteſtato. ⁊ hoc ꝙplures conſuluerūt per illā. l. Cōtrariū dicebam qꝛ cū illa. l. ſit odioſa ⁊ emanauit ad tollendū poteſtatē relinquendi quā habebat auus ante illā. l. factā qꝛ in illo nō cōmiſerat vitiū debebat reſtringi ad terminos in quibus loquiť vnde nō ſine cauſa glo. queſiuit quid in femina qꝛ lex odioſa et penalis loquēs in maſculino genere nō cōprehendit femininū vt. l. quicunꝗ. ⁊ ibi no. C. de ſer. fugi. ⁊ bene no. in. l. j. ſ. de verb. ſigni. ⁊ pro iſta interpretatione facit ratio publice vtilitatis ne vltima voluntas ſubuertať vt in hoc tex: cū glo. qꝛ illa auia conſiderabat bona ſua eſſe penes maſculū. vnde debet coadiuuari. ¶ Preſuppoſito aūt ꝙ nō valeret inſtitutio ſupereſt ſm dubium an ab inteſtato iſte nepos ſuccedat vna cum filia ſicut ſuccederet pater eius ſi viueret hic dicas ꝙ nō qꝛ nō poteſt ſuccedere niſi ex perſona patris: ſed ipſe non poſſet patri ſuccedere ab inteſtato. ergo nec auie paterne mediāte patre per quē cōiūgitur ipſi auie: ⁊ hāc rationē faciebat ibi quidā magnus doc. ⁊ aduocatus alterius partis quā ego fatebor de plano. Nō ſic in

a ¶ Et dic plen⁹. adde. d. Alex. de Imo. allegantē Pau. de ca. hic in cōſi. lxxiiij. col. ij. ver. ⁊ iſtā opi. ⁊ verſi. ſeq. in. iij. volu. Cur.

nepote baſtardo ex filia. nam ille poſſet ſuccedere matri ſue ſi nõ erat illuſtris ⁊ ſi nõ erat cõceptus ex coitu dãnato q poſſet per.l.puniri.vt iſti.ad orfi.§.nouiſſime.⁊.l.ſi qua illuſtris.C.ad orfi.ſicut ergo nõ põt ſuccedere matri ſue ita et auie materne cui cõiungit̃ mediãte matre. ⁊ boc videt̃ tenere Cy.⁊ eſt caſus in.l.modeſtinus.ĩ.vnde cog.⁊ eodẽ modo videt̃ ꝙ auo materno:q2 ſubeſt eadẽ ratio.tene mẽti predicta q2 quotidiana ſunt ⁊ male explicata per ſcribentes.

2 ☞ Licet expreſſo vno de caſib⁹ poſitis bic veniãt ceteri: cautela tñ eſt ꝙ teſtator exprimat oẽs ſaltem verbis generalibus. Notarij qui vtuntur multitudine verborũ in inſtrumentis vt res ſit magis data ꝙ nõ poſſint reprebendi de ſuperfluitate.

3 Nepotis appellatione quando cõtineatur pronepos.

4 Si alicui fiat ſubſtitutio ſub cõditione ſi deceſſerit ſine liberis ex ſuo ꝓprio corpore deſcendentibus an cõprebendantur niſi filij qui immediate deſcendunt ex proprio corpore.

1 **Inſtituens.** ¶ † Ad boc vt teſtator ſecure teſtet̃ cõſiliũ eſt ꝙ loquat̃ generaliter tam erga caſus ĩ quib⁹ fili⁹ inſtitutus põt exire de medio ꝙ̃ etiã circa pſonas ſubſtitutas vt nõ ſubſtituat nepotẽ tm̃.ſed gñaliter quiſquis liberoꝝ poſtea ſibi naſcet̃ ſuus vt cõprebẽdat̃ pronepos ⁊ deinceps.b.d.Et ſic ponit̃ bic breuis ordinatio teſtamẽti ſm doc.quã ſceuola ſuadet teſtatorib⁹ vt nõ ponãt ſe ĩ dubio interpretationũ.ſ̃.factarũ ⁊ primo reſpectu caſuũ vſq; ibi atq; ſecũdo reſpectu perſonarũ ſubſtitutarũ. ¶ In tex.ibi vt inſtituens filio inſtituto. ¶ In tex.ibi recte inſtituiſſet videat̃ ſubaudi inſtituat vel ſubſtituat modo qui ſequitur vt ſic cõprebendat omnes caſus de quibus.ſ̃.facta eſt interpretatio p ſceuolam. ¶ In tex.ibi qbuſcũq; caſib⁹ iſta pñt eſſe verba teſtatoris ⁊ etiã ſceuole ſuadẽtis ꝙ vtatur iſtis verbis. ¶ In tex.ibi ſuus eſſet rumperetq; preteritus ſubaudi beres eſto.nã nõ dicit̃ naſci ſuus nec tanq̃ preteritus rũpit niſi tẽpore quo naſcit̃ a nemine precedat̃.cõprebendit̃ ergo caſus quo filius exiuerat de medio per mortẽ naturalẽ vel per ciuilẽ: vel per emãcipationẽ qui caſus ponunt̃ in.§.⁊ quid ſi tacitã vel per mortẽ fictã vt in

2 §.pcedẽti. † Sic ergo not.ꝙ lʒ expreſſo vna de caſib⁹ predictis veniãt ceteri ſm opi.glo.⁊ doc.vt not.in.§.precedẽti.in vltima glo.⁊ in.§.⁊ quid ſi tantũ.in glo.nõ ſoluitur tñ cautela eſt ꝙ teſtator nõ ponat ſe in boc dubio:ſed exprimat omnes ſaltẽ verbis generalibus facit.l.ſtipulationũ cõmodiſſime.de ver.obli. Et boc facit pro notarijs qui vtuntur multitudine verboꝝ in inſtrumentis ad boc vt res ſit magis clara ⁊ nõ poſſunt reprebendi de ſuperfluitate etiã ſi exprimantur illa que venirẽt etiã ſi nõ fuiſſent expreſſa. ¶ In tex.ibi atq; expone.i.ſicut ſm Dy. ⁊ põt intelligi dupliciter. Primo vt ſicut dʒ loqui generaliter reſpectu caſuum.ita ⁊ reſpectu perſonarum quas ſubſtituit vt nõ reſtringat ſe ad nepotẽ tantũ:ſed vtatur talibus verbis que cõprebendãt nepotẽ ⁊ pronepotẽ ⁊ deinceps.puta verba liberos.vel ſi qs liberoꝝ natus fuerit ſuus. nam boc verbũ gñale eſt ad omnes deſcendentes.vt.l.liberoꝝ.de ver.ſig. Si autẽ nepotem tantũ ſubſtituiſſet nõ veniret ꝓnepos.⁊ boc ſentit gl.j.in fi.Ad quod facit q2 licet prouiſio facta in vnũ caſum extendatur ad alios ſibi ſimiles vt not.in.§.precedentibus. facta tñ circa vnam perſonã nõ extendit̃ ad aliã perſonã diuerſam.vt l.commodiſſime.ſ̃.eo.⁊ tetigi in.§.quid ſi tantum. ſuper gloſ.

3 ¶ † Vel dic ꝙ exprimendo nepotẽ venit etiã pronepos ⁊ deinceps.q2 omnis pronepos eſt nepos:lʒ vtilius ſit vti verbis magis generalibus.⁊ iſte eſt ſecũdus intellectus vt continuet̃ boc modo:ſicut ſubſtitutio facta de nepote per verba ſupraſcripta eſt generalis quo ad omnes caſus:vt ibi ita eſt generalis quo ad omnes deſcendentes vt comprebendat pronepotem ⁊ deinceps.⁊ iſtũ intellectũ babuit glo.ij.quẽ Bart.ſequit̃ reprebendens quoſdã dicentes bic colligi ꝙ appellatione nepotis non cõprebenditur pronepos per rationẽ predictã. per.l.cui eorũ.de poſtbu.Nec obſt.l.cõmodiſſime.q2 perſona penitus diuerſa nõ comprebenditur vt ibi.ſed pronepos nõ dicitur diuerſa a nepote cũ etiã ipſe ſit nepos. Iſtud dictũ Bar.eſt verũ quando profertur in materia nõ exorbitante a iure cõi: alias ſecus vt eſt caſus in.§.idem credendũ.nam gallus fuit locutus de nepote:⁊ tamen in ſua prouiſione nõ comprebendebatur pronepos.ideo fuit neceſſaria ſuppletio ſceuole. Per quod videtur ꝙ licet mater ⁊ auia poſſent eſſe tutrices per aut.matri ⁊ auie. qñ mulier tutele officio fungi poteſt. q2 tamen illa exorbitant a iure veteri vt ptʒ in.l.fi.ſ̃.de tu.nõ cõprebendat̃ pro auia de boc tñ dic vt ibi not.Fallit etiã in alio caſu qñ fieret mentio de nepote qui naſcetur ex tali.q2 dictio ex ſignificat cauſaʒ immediatã.vt.l.j.C.ſi ſeruus exte.⁊.l.j.§.ex incendio. de incen.rui.et nau.⁊.l.eo tẽpore.in fi.de pecu.ideo nõ cõprebendit̃ pronepos qui naſcit̃ ex filio mediante nepote ſm Bart.qui dicit ita debere intelligi.ſupra.idem credendũ.ſed idẽ Bar.videt̃ dicere cõtrariũ in.l.biberoꝝ.de verb.ſig.⁊.l.lucius.la.ij.ĩ.de bere. inſti.

4 Quod † eſt vtile ſi alicui fieret ſubſtitutio ſub cõditione ſi deceſſerit ſine liberis ex ſuo proprio corpore deſcendentibus nã ſm id qđ dicit Bar.bic nõ comprebenderent̃ niſi filij qui immediate deſcendũt ex proprio ſʒ ſm id qđ no.in.l.liberorũ eſſet ſecus. ⁊ iſtam partẽ tenebat.Bal.in.l.j.C.de cõdi.inſertis.

2 ☞ Ius galli dicit̃ ius antiquũ ⁊ ſic ius velleij nouum.
Quãdo babemus effectũ nõ eſt curandũ de modo.
Quando ſumus certi determinatione iuris nõ eſt curandũ vnde proueniat.

3 Si ex materia deducta in libello poſſunt colligi plures actiones: vel ignoret̃ quã voluerit actor intẽtare procedet libellus abſq; eo ꝙ alias declaret̃ niſi ex boc re⁹ reddat̃ incertus an velit cedere vel cõtendere.

4 Quod iſta verba qui poſt mortẽ meaʒ naſcet̃:verificentur etiã in natiuitate ficta ſeu ciuili.⁊.nu. 6.

5 In caſu iſtius.§.an iſte nepos potuerit beres inſtitui ⁊ ex quo capite an ex cõſilio galli vel velleij ⁊.nu.1.

1 **Si eius.** ¶ † Cõſiliũ galli qđ loquit̃ de nepote nato poſt mortẽ teſtatoris extendit̃ ad caſuʒ quo naſcitur eo viuo ſʒ fingit̃ natus poſt mortẽ.b.d.in effectu ⁊ docto.dicũt ꝙ bic ſceuola incipit formare aliquas dubitabiles q̃ſtiones circa ea que dicta ſunt. nos poſſumus dicere ꝙ proſequatur eandẽ materiã ſupplẽdo conſiliũ galli de caſu ad caſuʒ q2 gallus loquit̃ de nepote qui naſcit̃ poſt mortẽ aui ⁊ filij: ſed põt cõtingere ꝙ naſcat̃ ambobus viuis tamẽ inutiliter. q2 naſcitur inutiliter penes boſtes.⁊ ſic ſeruus boſtiũ ⁊ ſic babet̃ pro nõ nato .ſʒ poſtea reuertit̃ ambobus mortuis ⁊ tũc recuperat libertatẽ ⁊ ciuitatẽ:ideo tũc cenſet̃ naſci ciuiliter ad quẽ caſum prouiſio galli non extendebat̃.q2 eſſet contra ius cõe intelligebatur ſtricte de illo qui naſcit̃ vere poſt mortẽ vtriuſq;. iſte aũt naſcit̃ ficte.ſʒ vere naſcit̃ vtroq; viuẽte:ideo fuit neceſſaria ſuppletio ſceuole. Et primo loquit̃ quãdo fuit inſtitutus filius et nepos naſciturus ſubſtitutus vſq; ibi qđ querendũ. Scđo quãdo fuit inſtitutus nepos filio iã mortuo ⁊ ſubſtitutus ſibi pronepos.⁊ ſic eſt variatio terminorũ dũtaxat nõ iuris vſq; ibi:ſʒ cũ teſtamentũ. Tertio determinat queſtionẽ. Et pone caſum ꝙ babẽs filiũ ⁊ nurũ ex eo pregnantẽ inſtituit filiũ beredẽ. ⁊ ſi ſe viuo deceſſerit ſubſtituit nepotẽ naſciturũ poſt mortẽ ſuã ſm conſiliũ galli poſt teſtamentũ nurus pregnãs ab boſtibus capta eſt vel etiã pone ꝙ erat capta tpe teſtamẽti ⁊ ibi peperit viuo teſtatore ⁊ etiã filio eius:poſtea mortuus eſt filius teſtatore viuẽte ⁊ ſic extitit prima cõditio ſub qua nepos fuit ſubſtitut⁹: ſed ſecũda cõditio ſi naſceret̃ mortuo teſtatore deficit. q2 natus fuit ipſo viuente ⁊ etiã filio poſtea mortuus eſt teſtator:vltimo loco poſtbumus natus reuerſus eſt ⁊ volebat rũpere teſtamẽtum: q2 forte alius cũ patre ſuo fuerat beres inſtitutus vt ipſe baberet totã bereditatẽ ⁊ dicebat ſe reperiri inſtitutũ vel exberedatum in illo teſtamẽto ⁊ ſic tanq̃ preteritus debebat rũpere.nã fuit inſtitutus ſub duabus cõditionibus ſi pater ſuus viuo teſtatore moreret̃.⁊ ſi ipſe naſceret̃ poſt mortẽ teſtatoris . et ita deficit q2 natus eſt vtroq; viuẽte.⁊ ſic deficere videt̃ inſtitutio.vt.l.ſi beredis plures.ĩ.de cõdi.inde.querit̃ quid iuris. iſtã queſtionẽ precedit alia an in dictũ caſum potuerit iſte poſtbumus beres inſtitui vel per gallũ vel per velleiũ.q2 ſi nõ potuit inſtituit clarũ eſt ꝙ tanq̃ p̃teritus rumpit. Iuriſcõſultus in fi. determinat ꝙ potuit inſtitui.⁊ ſic excludit̃ a rũpendo tanq̃ inſtitutus ⁊ nõ p̃teritus. ⁊ boc p̃ſuppoſito dicit nõ eſſe curandũ an potuerit inſtitui ex cõſilio galli vel velleij. ¶ In ver.aũt ꝙ q̃rendũ interſerit aliã queſtionẽ de nepote inſtituto ⁊ pronepote

2 in qua non eſt niſi variatio perſonarũ. † No.ergo primo ꝙ ius galli dicit̃ ius ãtiquũ. ⁊ ſic ius velleij dicit̃ nouũ reſpectu iuris galli. ¶ Itẽ no.in fi.qñ babem⁹ effectũ nõ eſt curãdũ de modo. ⁊ qñ ſum⁹ certi determinatiõe iuris nõ eſt curãdũ vñ ꝓueniat.

3 † Vñ inducit̃ in ar. ſi ex materia deducta in libello pñt colligi plures actiões vel ignoret̃ quã voluerit actor intẽtare ꝓcedet libellus abſq; eo qđ alias declaret̃.boc verũ niſi ex boc re⁹ red

4 dat̃ incert⁹ an velit cedere vel cõtẽdere.vt.l.j.de edẽ. ¶ † Ultio no.ꝙ iſta v̾ba qui poſt mortẽ meã naſcet̃ verificant̃ etiã in natiuitate ficta ſeu ciuili: q2 iſte nepos vere fuit natus me viuo et ſic nõ poſſunt verificari verba quantũ ad veram natiuitatem: ſed q2 reuerſus eſt me mortuo. ⁊ tunc fingitur naſci: q2 prima natiuitas fuit inutilis cũ fuerit natus ſeruus boſtiũ. ⁊ ſic p nibilo reputabat̃ verificantur verba in bac ficta vel ciuili natiuitate.alias iſta inſtitutio corrueret ſi iſta cõditio nullo modo eſſet impleta per.l.ſi beres plures.de con.inſti.fuit ergo vna cõditio impleta vere naturaliter.altera ficte ⁊ ciuiliter:lʒ naturaliter ⁊ vere videat̃ defeciſſe. ⁊ boc ſufficit ad ſuſtentationẽ teſtamẽti.⁊ boc voluit iſte.§. ¶ In ver.qđ querendũ pro declaratione gloſ.que incipit babeas.oppo.contra iſtũ ver.de ſuperfluitate quia

tate. q̄ꝛ vr̄ repetere id qđ .s. dixerat ꝓpter hoc in glo. sunt due solutiones. vna inquantū habet̄ in tex. pronepotē. ⁊ tūc nō stat q̄ꝛ .s. locutus est in filio instituto ⁊ in nepote substituto. hic loquit̄ in nepote instituto ⁊ pronepote substituto: q̄ꝛ filius iā decesserat tpe testamenti sic est sola variatio psonarū ⁊ terminoꝝ ⁊ ista vera ƀm oēs alij aūt tex. habēt nepotē. ⁊ tūc ista solu. non esset bona: q̄ꝛ loqueret̄ in filio instituto ⁊ nepote substituto. sic vt .s. Et ideo dat̄ alia sol. ꝙ .s. locutus est qñ filius viuebat tempore testamenti et fuit institut⁹ ⁊ nepos substitut⁹. hic vero qñ erat mortuus fili⁹ ⁊ nepos fuerat dūtaxat īstitut⁹ nō aūt substitutus in quo videt̄ maius dubiū ƀm istos q̄ꝛ casus precedens pōt adaptari ad .l. velleiam. iste nō. dicit glo. quare nō: sed isti pessime locuti sunt primo q̄ꝛ iste casus nō haberet maius dubium imo nullū dubiū. nā si tpe testamēti filius erat iam mortuus nepos nasciturus non poterat dici posthumus alienus: q̄ꝛ si esset natus tpe testamēti esset in potestate ⁊ teneret primū locū. vnde nō esset dubiū quominus potuerit institui ⁊ hic fit dubiū. Itē inquantū dicūt primū caput legis velleie. loquitur qñ filius extabat tpe testamēti ⁊ etiā tpe quo nascit̄ nepos posthumus falsum est. q̄ꝛ imo loquit̄ illud qñ tpe quo nascit̄ posthumus fili⁹ erat mortuus ⁊ de medio subductus. ⁊ sic posthumus nascit̄ suus: q̄ꝛ nemo eū precedit. ⁊ hoc dicit glo. magna fi. post prin. ibi itē velleius cessat. tene ergo precedentē sol. q̄ꝛ in tex. dꝫ esse pronepotē. ⁊ sic habeas nepotem est tex. corruptus.

2 to temporis stet. hoc †vltimum nota: quia est vtile cum queri tur de probando actũ continuum alicuius vt continuam pos sessionem vel mansionẽ in ciuitate: quia nõ requiritur vt steterit omni momento. cũ istud sit impossibile. ideo probant testes si deponunt de estimatione temporis secundum docto. vide quod no. Bar. in. l. celsus. de vsucapi. facit. l. j. soluto matrimonio. in verbo semper. ¶ In text. ibi: sed si eam mentem: idest sufficit quod habeat mentem et animum redeundi: lz nõ quolibet mo mento permanserit: quia hoc nõ requiritur: qui si recessit animo non redeundi: sed postea redijt an incontinenti et idem quasi non videatur illum animum habuisse. l. plerique. de ritu nupt. Aut ex interuallo et videtur secus argumento huius tex. a cõ trario sensu. in contrarium facit quod not. glo. que dicit quod hic erat legatũ annuũ. in quo debet sufficere quod in principio cuiusli bet anni quo cedit dies legati reperiatur cum liberis quamquam modi cum stet. l. qui concubinam. §. vxori. de leg. iij. sed ibi loquitur quando per eam non stat alias aperta esset via vxori habenti semper annuum legatum. et nõ standi cum filijs vltra duos vel tres dies in principio anni. quod esse non debet et esset contra mentem huius. l. imo plus videtur quod si stetit in principio an ni. et consecuta est legatum si recedat animo non redeundi de beat legatum perdere: quia censetur factum pro mansione to tius anni. et istud credo fuisse mentem huius tex. nec sufficit pe nitentia superueniens ex interuallo: sed pro anno sequẽti sic. si peniteat ante ingressum anni et incipiat morari et cõtinet per totum annum.

2 ☞ Si pater reliquit filie que vidua fuerit an admittatur illa que tunc erat vidua: an tantũ illa que postea viduabitur.

1 **Solemus.** Bar. summat hanc. l. hoc mo do †verbũ quod potest intelli gi in preteritum et in futurũ in vltimis volũtatibus intelligitur in futurũ. h. d. Glo. enim ponit quod factũ fuit legatum cum liberos habuerit istud habuerit reperitur in

preterito & futuro subiũctiui. & text. dicit q intelligitur de illis quos habebit non de his quos habet vel habuit. & qñ sciebat eam habere de pñti. j. eo. si iã facta. secus videtur si ignorabat. j. l. proxi. in fi. & l. si ita scriptũ. §. fi. s. de leg. ij. & iste tex. cũ glos. & summario Barto.

2 †facit ad illam questionẽ si pater reliquit filie que vidua fuerit an admittatur illa que tũc erat vidua an tantũ illa que postea viduabitur & pro ista scda parte facit iste tex. cũ summario Bar. vide in. l. hoc articulo. de heredi. insti. & ibi tetigi. & in. l. fi. de indi. vi. tol.

2 ☞ Si legatur filie vel alteri cũ nupserit quanto tpe erit expectanda q nubat an post illud tempus si non nubat dicatur cõditio defecta.

3 Cum lex vel statutum loquitur de aliquo actu qui põt sortiri iuris effectum debet intelligi de actu valido.

1 **Ec conditio.** † Conditio nuptiarũ põt impleri viuo testatore qz non est mere ptãtiua & implet̃ p nuptias validas p inualidas aũt nec implet̃ nec deficit. ideo per alias validas impleri poterit [illegible] eqtate tñ. cum testator videat̃ sensisse de primis nuptijs. ¶ In text. ibi filie mee: sed quõ potuit filie relinquere sub hac 9ditione nõ potestatiua. dic q fuit legatũ sed instituta erat pure in alia parte vel fuit factũ in codicillis ab intestato.

2 ¶ † In tex. ibi nõ satis exegerat qñ vtraq viuo testatore vel post mortẽ sed quãto tpe erit expectãda q nubat vt cõsequat̃ videt̃ q statim cũ põt & nõ nubit dicat̃ defecta. l. hec cõditio. j. eo. sed in 9riũ q sit expectanda per triennium a tpe quo nubere potest & sit speciale. C. qñ & quibus quar. pars de. l. ad filiarũ. & ibi not. Bart. & dicit Guil. in. l. si quis herede. de insti. & substi. per istũ tex. q si pater reliquit p dote & eã maritat sine dote post mortẽ filia potest petere relictum sed parum facit qz huic fuit legatũ simpliciter nõ pro dote: vt dixi in l. lucius. de lega. ij. ¶ In tex. non omnes not. ad quod semper

3 allega † q cũ lex vel statutũ loquit̃ de aliquo actu qui potest sortiri iuris effectum dz intelligi de actu valido qz actus inualidus habetur pro nõ facto. facit l. huiusmodi. in prin. & qd ibi dixi. de leg. j.

2 ☞ Si princeps cõcedit alicui inhabili ad testandum & talis tpe confessionis fecerat testamentũ an validabitur.

3 Si concedat vasallo q possit alienare fundũ an ista concessio extendatur ad alienationẽ iam factam.

1 **I iam facta.** † Facit ista lex. cũ principio. l. seq. q si papa cõtulit vel mandauit cõferri prebendã in tali ecclesia et tpe date prebẽde vacabat & querit̃ an illa debeat̃. dz distingui an papa ignoraret & debet̃ vt hic. aut sciebat & tũc secus sed dz expectari alia vacatura: vt in prin. l. seq. lz glo. in cle. cũ ei quem. de cõces. prebẽ. videat̃ indistincte tenere qd debeat̃.

2 † Itẽ facit tex. iste si princeps cõcedit alicui inhabili ad testandũ puta papa concedit epo vel cardinali vt possit testari de bonis quesitis de ecclesia. tpe cõces. fecerat testm̃. & querit̃ an illud validat vt distinguat̃ sicut hic in 9riũ facit. l. si quis filio. §. irritũ. in fi. de iniusto testa. Et ratio qz lz esset factũ nõ tñ habebat vires: sed recipit p mortẽ: vt i epistola pauli. & in. l. oĩno. de testa. & censetur factum tpe mortis. & sic verba futuri temporis propter hoc ad iam factũ testm̃ videnẽ trahi argumento in. l. talis scriptura. in fi. de leg. j. & hoc placet. secus in his q nõ habent dependentiã vt hic. nã cõditionem extitisse consistit in facto simplici per hunc videtur aliud esse q̃ in testõ

3 † si princeps concederet vasallo q posset alienare fundũ. qz non extenderetur ad alienationem iam factã. vel dic q tũc esset econuerso ad istos tex. qz si ignorabat alienationem factam similiter ignorabat ad se deuolutum feudũ. & si sciuisset nõ est credendũ q iuri suo voluisset renũtiare. secus si sciebat: & sic est maior ratio cõcedendi licentiã in nõ alienatis q̃ in alienatis tetigi in. §. irritum. intellige tex. tñ in tali conditione que poterat impleri viuo testatore. als indistincte expectaretur q de nouo impleat̃ post mortem iuxta not. s. eo. l. ij.

1 **Item sciendum.** † Not. q 9ditiones potestatiue dicunt̃ promiscue idez in mistis facilibus vt sunt conditiones dandi. Alie dicuntur non promiscue. cetera dic vt in. ij. s. eo.

2 ☞ Relicta filio legitima põt pater totũ alteri relinquere et multo magis alteri filio: nisi resultaret inuidia & scandalum.

1 **I ita legatum.** † Not. q bene facit pater si vnus filius aliqd sibi surripuit vel pro maleficio vnius aliquid soluit in cõi si tantũdem prelegat alteri idẽ si pro vno fecisset expẽsas in studio. & sibi libros emisset: vt vidi fieri per quendã prudentẽ. cum in studio medicine multa expendit. non tñ negat̃ quin ad vnum filiũ possit habere maiorẽ affectionẽ q̃ ad aliũ. dicit tñ tex. q non propterea in multo dz facere potiorẽ: sed discretio-

2 rem. in aut. de nuptijs. §. pe. † Sed potius volũtatis est nõ necessitatis quia relicta filio legitima põt totũ alteri relinquere. magis alteri filio nisi resultaret inuidia & scandalũ tunc male faceret iuxta not. in. l. cũ pater. §. euic. ¶ In text. ibi debebitur sub. etiã si causa esset falsa. l. demonstratio. §. qd aũt in. ¶ In tex. ibi & sane respondet op. que posset fieri q legatum non deberet valere cum videat̃ factũ in penam filij maioris. & legatum factum nomine pene nõ valet in distictione. l. j. & ij. de his que pe. no. Sed rñdeo non esse verum: qz pena concipitur in futurum qñ testator mandat alicui q aliquid faciat & si non fecerit mãdat q aliqd det noie pene. & sic pp̃ter spretũ p̃ceptũ. l. multa. in princi. sed hic cõceptum fuit preteritum qz filius exarca sumpserat. vnde magis dicitur ob causam factum vnde valet siue causa sit vera siue falsa: vt. s. dixi.

2 ☞ Dandũ dño si det̃ seruo: q non videat̃ impleta conditio.

1 **I fundus.** ¶ † Dandũ pupillo gratia cõditionis implẽde põt dari tutori. & dandũ furioso curatori: & censet̃ impleta cõditio. h. d. Videbatur cõtrariũ cũ debeat impleri

2 formal̃r hinc est † q dandũ dño si det̃ seruo nõ videt̃ impleta cõditio. l. q heredi. in prin. ideo glo. intelligit q vr̃ impleta cõditio qñ datio tutoris cõuertit̃ in vtilitatẽ pupili. & sic cẽsetur pupillo datũ. ar. in. l. non solũ. in fi. sol. ma. Idẽ esset si q datũ est domino conuerteret̃ in vtilitatez serui manumissi. d. l. q heredi: sed contra oppo. q soluendo tutori liberatur: qz legitime soluit. l. qd si forte. de solu. sed aliud in debitore soluente fauore liberationis. non sic in nolẽte implere conditionẽ vt habeat actionem: qz nõ est ita fauorabilis actio sicut liberatio. qd ecõtra si soluat̃ pupillo sine tutore: an videatur impleta conditio glo. hic non bene soluit. Dic si est salua pecunia & est clarũ aut non tunc aut erant dãda ad vtilitatem suã: qz sibi erat remansura & tunc secus. aut ad vtilitatem alterius vt si stipulor mihi aut pupillo quo casu datum pupillo debet mihi restitui tanq̃ datum procuratori meo. l. iuli. §. j. de verbo. obli. sufficit & mihi imputem qz talem adieci. et hec probantur in. l. allegata. in glo. de solutione si stipulatus fuero. & eo. ti. si seruus. & s. eo. cõditionibus pupillus. not. in glo. j.

2 ☞ Qñ quis impedit̃ implere cõditionẽ potestatiuam facto tertij qui iuste potuit impedire: conditio habet̃ pro defecta et an habeat regressuz contra prohibentem.

1 **I titius.** † No. qd nõ põt qs ponere statuas in aliquo loco publico sine licentia communitatis illius loci nec aliud edificium facere.

2 Item no †. quod quando quis impeditur implere conditionem potestatiuam facto tertij qui iuste potuit impedire conditio habetur pro impleta. ratio est quia si haberetur pro defecta non superesset egressio contra prohibentem ad dãdum et interesse. secus si iniuste vt si fui institutus si manumisero seruũ meuz. & tu occidisti. nã qz possum habere regressum p actionem. l. aquil. conditio habetur pro defecta. l. inde nerat. §. j. ad l. aquil. secus si ille non esset soluendo. sed si cõditio potestatiua deficit per casum tunc habetur pro impleta: vt. l. que sub cõditione. §. quoti. de condi. insti.

2 ☞ Qd oĩa presumant̃ ltĩme acta si aliqua ducta est vt vxor.

1 **Um fuerit.** ¶ † No. argumentũ si statutũ dicat q vir lucretur dotẽ vxoris premortue q statim q est 9tũ matrimoniũ p verba de pñti: lz nõ cõfirmatũ locũ hz statutũ & est casus fm Bal. in. l. deo nobis. fm Bal. ibi ita cõiter tenet̃ & vidi consuli: lz dñs Bar. de Sali. nigus fuerit probare 9riũ per multas rationes q potius aures demulcent q̃ habeant de substantia. C. de dona. ante nup. Sed iste tex. vr̃ requirere q saltez fuerit inducta in domũ mariti: vt ptz in verbo ducta est. glos. notabiliter intelligit hoc requiri qñ non constabat matrimonium 9tum per verba de presenti qz si est ducta tanq̃ vxor presumunt̃ verba de presenti interuenisse quam glo. tene mẽti sed si posset constare ista ductio non esset necessaria: ideo vt plurimũ qñ datur ãnulus & interueniũt verba fit in presentia multorum & cauti homines faciunt etiã confici instrm̃. qñ ad esse matrimonij non sufficit 9sensus in valentibus loqui in. c. tue. de sponsa. & not. glo. singularem in. l. cum notissimi. de prescri.

2 xxx. anno. † ideo glo. ista est notabilis vt omnia presumatur legitime acta si ducta est vt vxor als oporteret probari verba de presenti. & ideo facias vnam magnam manum ad h. adde. l. de niq. de ritu nup. & l. seia. de dona. inter virũ & vxorem. & q habetur in. c. illud. de presump.

1 **Nisque.** † No. hic q qñ interpretatio verborum et significatus est clarus illi statur in dubio quantũcunq fit rigorosus. qñ autẽ non est

non est clarus fit interpretatio de bono et equo. et isto anno babui de facto cũ quidã herede istituto substituisset post eius mortem si decesserit sine filijs filiam que tunc esset vidua. et sic fuit admissa prima se maritauit. dicebatur per dños de venetijs quod debebat perdere bona: quia si cõtingeret aliam viduari nihil haberet: si illa nõ perderet et non est credendũ quod pater vnã filiam voluerit facere melioris cõditionis quam aliam. et sic in effectu dicebat quod inspecta equitate et quod testator presumitur voluisse quod quelibet filia que postea viduatur debet habere bona: et si se remaritat debet perdere: ego dixi quod licet pater prudentius fecisset, ita disponere: tamen verba repugnant et habent propriũ significatũ quod illa sola habeat que tunc reperiretur vidua quicquid postea faciat de hoc est casus in l. fi. de indi. vi. tol. et ibi per Bald. licet posset dici quod ibi loquitur quando est vna filia: tamen quia cũ quando sunt plures nihil reperiatur cautũ: stabo significatui: licet sit de stricto rigore nõ dicte interpretationi que fit ex bono et equo secundum, cap. l'm nostrũ: nõ secundum iuris decisionẽ: casus est hic quod not. ad similes casus. et ita fuit singulariter iudicatũ propter consilium meum: licet magna facta fuerit contradictio.

2 ¶ Casus in quibus falsa demõstratio vitiat legatũ. et nu. 9.

3 Illa dicitur demonstratio que apponitur ad declaratione rei vel persone cui relinquitur si aũt ad qualificandũ verbũ relicti non dicitur demonstratio sed dispositio.

4 Facta demonstratio an vitiet processum vel sententiam.

5 Si reperiantur duo eisdem nominis. et ambo capiantur an possit iudex eligere quem vult et facere executionem et quid in causa ciuili. et nu. 4.

6 Ad perfectam demonstrationem rei vel persone sufficiunt due demonstrationes et duo confinia nisi pars aduersa probaret contrarium vel nisi esset alia res cui conueniunt ambe demonstrationes.

7 Quando variantur confines: cautela est quod fiat articulus quod talis possessio que non habet illos cõfines est eadẽ cum illa que tempore instrumenti confecti habebat tales et tales in instrumento contentos.

8 Demonstratio magis coheret legato quam causa.

9 Falsa causa quando vitiet legatum.

Non prodest protestatio: si factis contrariatur.

10 Causa proprie dicitur de presenti vel de preterito et quãdo de futuro dicitur modus in vltimis voluntatibus et qualiter largius sumatur.

1 Demonstratio. †Falsa demõstratio legatũ nõ vitiat si cõstat de corpore hoc primo. nec falsa causa: nisi sit conditionaliter apposita. hoc secundo. et dictio vt facit modum nõ aũt demonstrationẽ: vel causam. hoc tertio et vltimo dicit.

2 ¶ †Nota in princip. casum in quo falsa demõstratio vitiat legatum. scilicet cum nõ constat de corpore rei quam voluit testator demonstrare. adde aliud quãdo constat quod voluit demõstrare: sed nõ reperitur in rerum natura. l. si seruus. §. qui quinque. idem si legatum consistit in iure nõ in corpore. et illud non reperitur: vt si lego. ff. in quibus titius tenetur, quia video legare actionem. et ille nõ tenetur actio nõ est. l. si sic. cũ ibi no. de leg. j. adde tertium quando demonstratio consisteret circa parentelam vel consanguinitatem: et exprimeretur ab ignorante: vt lego titio fratri vel filio cuius non esset. et ego credebam quod esset. l. si pater. et l. nec apud. de here. insti. Item adde quartã quia text. debet intelligi quando opponitur demonstratio circa certũ corpus et determinatum. secus si circa incertũ vt lego vestes causa vxoris paratas: et nulle sunt parate. nam nõ videtur relictum: quia illa verba potius faciunt conditionem. l. quintus. de auro et argen.

3 lega. et l. nuper. de leg. iij. et hic in glo. que incipit illud no. †Debes autem scire quod illa dicitur demõstratio que apponitur ad declarationem rei vel persone cui relinquitur. Si autẽ ad qualificandum verbum relicti non dicitur demonstratio: sed dispositio: vt lego seruo meo libertatem directo: quia verbum directo determinat verbum lego secundum Bar. et bene. cetera circa materiam demonstrationis vide per Bar. hic ad quem recurritur semper

4 in tribus specialiter. ¶ †Primũ an falsa demonstratio vitiet processum vel sententiam: vt si processum est cõtra titiũ ioãnis ex maleficio positum in banno et cõdemnatum: postea capitur titius petri. iudex vult facere executionem. dicens quod ipse fuit qui condemnatus fuit: et quod fuit erratum in nomine patris: et quod error non debet vitiare. ipse dicit executionem non posse fieri. quia processus non artat cum fuerit citatus titius Joannis: et quod ipse non debuit comparere. et citatio fuit temeraria. l. eum quem temere. et eum non artabat ergo processus factus contra nõ citatum et per consequens non contumacem non valet: queritur quid iuris. et distinguit an constet de corpore. et idem quod hic vt valeat. an non constet. et tunc secus: videtur constare si cõparuit. et defensam fecit licet esset citatus sub nomine titij Joannis vel si cõfitetur: quod est ille homo. et illud corpus qui vel quod erat diffamatum de illo crimine. et contra quem fuit processum ideo dicit quod cauti assessores quando capiunt bannitum in cuius contumaciam fuit processum faciunt eum confiteri predicta: et faciunt executionem sed Ang. in. l. inter stipulantem. §. j. dicit cautius esse quod confiteatur se illud maleficium cõmisisse.

5 †quid si reperiantur duo eiusdẽ nominis et ambo capiantur. an possit eligere quem vult et facere executionem. vide Bal. in. l. si quis seruum. §. si inter duos. de leg. j. qui dicit quod nõ sed debet querere pro culpabili quid si capitur vnus. et ille dicit quod est vel esse potest alius eiusdem nominis. et sic citatio fuit temeraria. l. eum quem. cum sua glo. dic si non probat non presumitur vt no. Bar. in. d. §. si inter. si autem constat. tunc aut apparet quod iudex de eo capto sensit: quia mandauit ipsum citari in tali domo in tali loco. et idem aut non constat et tunc licet iudex mandauerat citari non artabatur: quia non constabat de cor-

6 pore vt hic cetera dic vt per eundem. †et maxime no. vnũ quod dicit quod ad perfectam demonstrationem rei vel persone sufficiunt due demonstrationes et duo confinia et statim fundata est intentio illius qui dicit hanc esse rem que demonstrata est licet adiecta sit alia demonstratio que illi non conueniat: quia rei demonstrate etc. in. l. j. in fi. de dote preleg. nisi pars aduersa probaret contrariũ quod est dare aliam rem vel personam cui conuenirent omnia quia illa preualerent. l. patronus. §. liberti. et §. sempronio. de leg. iij. vel nisi esset alia res cui conueniunt ambe demonstrationes sicut isti: quia poneretur res in dubio: nec constaret de corpore adde. l. cũ possessor. de censi. vbi habetur illud de

7 confinibus. †Itẽ quando variantur confines cautela est secundum eũ quam no. quod fiat articulus quod talis possessio que nõ habet illos cõfines est eadem cũ illa que tempore instrumenti confecti habebat tales et tales in instrumento cõtentos: alias nisi ita ponerentur et probarentur nõ cõstaret de identitate corporis propter variatos cõfines et succumberet. adde quod idem no. in. l. j. si vnus ex plu. ap. et ista sunt meliora dicta que ponat in hoc principio.

8 ¶ †In ver. quod autem iuris. no. primo in verbo vel magis. quod demonstratio magis coheret legato quam causa: quia rursus arguit si falsa demõstratio non vitiat: multomagis nec falsa causa et ratio est in promptu: quia demõstratio est necessaria nõ enim valeret legatum si res legata vel persona legatarij nõ demonstraretur tanquam incertum: sed bene valet sine expressione cause: quare legat. nulla enim causa requiritur quam liberalitas testato-

9 ris. †Item casum in quo falsa causa vitiat legatum. scilicet si fuit apposita conditionaliter per si et vt hic. et no. glo. C. de fal. cau. l. j. et intellige siue sciebat falsam siue ignorabat. Adde aliud casum quando causa coherebat legato: quia presumitur finalis. dicitur autem coherere quando si esset vera testator tenebatur facere quod fecit vel iure actionis vel officio iudicis de rigore vel equitate vt si mandat heredi quod non molestet talem debitorem quia sibi soluit. et tñ non soluerat vel soluat. ff. in quibus tenetur et tamen nõ tenebatur: hic tamen distinguitur: aut ignorabat causam falsam: et vitiatur legatum: aut sciebat. et tunc secus. l. j. C. de falsa cau. ita intelligitur. l. cum tale. §. falsam. ff. ea. lo primo. cum dicit nõ coheret a contrario sensu. Ad tertium quando probatur testatorem non fuisse alias relicturum si sciebat causam. et tũc vitiatur legatum etiã si non coherebat. d. §. falsa. et istud nõ potest procedere nisi in eo qui ignorabat. si enim sciret non potest probari quod non fuisset alias relicturus cũ ex eo quod legat et scit causam falsam apparet voluntas contraria arg. s. loca. l. cum plures. §. locator horrei. vbi nõ prodest protestatio si factis contrariatur. vnde etiam si dixisset se non fore relicturũ nisi apponat conditionaliter ex quo relinquit. et scit eam falsam presumitur negatorie dixisse. adde quartum si causa legati concerneret cõsanguinitatem legatarij vt lego tali quia est cõsanguineus meus quia presumitur causa finalis sicut et demonstratio. vt. s. dixi per

10 l. si pater. C. de here. insti. †Vltimo scias quod causa proprie dicitur de presenti vel preterito. s. eo. si ita legatum sit in fine. quando autem de futuro dicitur modus in vltimis voluntatibus. vt relinquo. c. vt tale quid facias et si causa non impletur carebit legato. et restituit. et de hoc cauet. l. quibus. §. fi. ff. eo. potest autẽ largo modo dici causa: quia compellit testatorem ad legandũ propter spem vt impleatur: sicut causa de preterito impellit pro pter hoc: quia credit impletam in actibus inter viuos. etiã si sit de futuro appellatur causa: vt in ti. de cõdi. ob causam. potius tamen secundum vsum loquendi quam de proprietate vocabuli secundum quã dicitur ob rem dari non ob causam. l. j. de cõdi. sine causa. et plene in. l. damus. de condi. inde. sumitur etiam causa largius pro omni ex quo aliud sequitur vel procedit vt contractus et conditio ex quibus sequitur obligatio et dñium. l. an eandem. §. actiones. de excep. rei iudi. et interdum causa. idest lex seu litigium. l.

causas vel lites.C.de transact.

1 **Si cui sub condi.** †Cautio mutiana prestatur ei cuius interest.idest ad quē dz hereditas vel legatum deuenire si cōditio nō impletur.h.d. ¶In tex. ibi eademue hereditas si ergo fuit institutus insolidū videtur qd debeat cauere venientibus ab intestato vt hic patet: qz loquitur generaliter:sed contra de.l.mutiane.in fi. vbi nulli cauet.solu.vt ibi dixi qz ibi impletur cōditio statim ꝙ adiuit: hic dz intelligi que nō impletur per aditionē. ¶Itē oppo.qz post ꝙ impleuit conditionē pōt adire vt efficiet heres nec pōt amplius desinere esse heres.l.ei qui soluendo.de here.insti. ergo nō pōt esse locus cause intestati.Solutio verū est directo:sed p obliquum qz tenebiť restituere:ꝛ nō detracta forte trebel. quia sui culpa perdidit remanet tamen heres nullo nomine. ¶Itē opp.de.l.iiij.in fi.de condi.insti.vbi quando est solū institutum illa cōditione negatiua tanꝗ impossibilis reijciť qz nō est cui caueatur solutio ibi nō erant venientes ab intestato ſm docto. quod est diuinare vel dic ſm Ray. ꝙ ibi conditio continebat prohibitionem alienatione rei hereditarie. ꝛ sicut preceptū de nō alienando,si est nudum cōcernens fauorem tantum prohibiti est nullum.l.pater filium.§.iul.agrippa. ita illa conditio. ¶Ultimo oppo.ꝙ non prestetur ei ad quē res est deuentura: sed heredi licet sit ad alium deuentura.j.eo.cū sub hac. sed dic qd ibi poterat peruenire ad heredem:si scds legatarius pendēte conditione legati moreref.l.j.§.finautez sub cōdi.de cad.tol. Item qz ibi heres existente conditione obligatur scdo legatario.ꝛ eidem cauet vbi habetur.

2 ☞Conditio si nupta erit,intelligit tēpore mortis: sed si testator dixit si nupserit sufficit quandocunqꝫ impleatur.
Que conditionē non faciunt quia insunt ex legis dispositione: volente test atore faciunt.

3 Institutus si adit hereditatem de iure pretorio tantum excluditur substitutio vulgaris facta per hec verba si heres nō erit.

1 **In conditio.** †Uoluntas defuncti facit vt conditio que tempore mortis debebat esse impleta: si impleatur post valeat.Item facit vt illud qd de se nō faceret conditionem:nec suspenderet cessionem diei faciat ꝛ suspendat. Itē conditio de preterito vel presenti non est proprie conditio. ꝛ si relinquatur sub conditione si heres nō erit siue sit heres in totum siue in parte deficit conditio.ꝛ appellatione heredis con-
2 tinetur bonorum possessor.h.d.tota lex.†Et no.in prin.ꝙ conditio si nupta erit intelligitur tempore mortis:sed si dixit si nupserit sufficit quandocunqꝫ impleatur.s.eo.hec conditio. Not. etiam qd que conditionez non faciunt qz insunt ex legis dispositione volēte testatore faciunt.vide Bar.in.l.vter ex fratribus de condi.insti.ꝛ Bal.in.l.j.in prin.de cad.tol.qui dicit qd verbū si heres erit si refertur ad legatarium vt lego.x.si heres adhibit faciunt legatum conditionale.ita potest exemplicari hic.secus si ad grauatum vt si heres erit damnas esto dare.c.titio. intelligit leges que dicunt quod talia verba non faciunt legatum cō-
3 ditionale.tetigi in.l.iij.de leg.j.†Ultimo ibi si patroni.facit ꝙ si institutus apprehendat hereditatem de iure pretorio tantuz excludatur substitutio vulgaris facta si heres non erit ꝛ quod secundum testamentum de iure pretorio tantum valide tollat primum vtroqꝫ iure validum. de primo per Barto. in.l.j.de vulga.ꝛ pupil.de secundo tetigi in.l. si filius qui in potestate. de libe.ꝛ posthu.

2 ☞Conditio facti diciť illa que a iure non intelligitur:nisi exprimatur.ꝛ ista expressio consistit in facto:sed iuris dicitur illa que subintelligitur etiam si non exprimatur.

3 Si iudex procedit in aliqua causa ignorans an possit: cū vere possit:an valeat processus.

4 Quid si ignorantia est circa exercitium iurisditionis non circa substantiam.

5 Quod paria sint ignorare iurisditionē habere:vel scire ꝛ ignorari posse exercere.

6 Sententia lata non viso processu:etiam si lata sit pro parte pro qua erat danda non valet.

7 Si iudex ignoret citationem factam an valeat processus.

8 Procurator vel executor testamenti.si faciant actionem anteꝗ sciant se habere potestatem cum vere habeant an talis actus valeat.ꝛ nu.9.

9. An ante presentationem rescripti vel instrumenti dicať iudex habere iurisditionem vel mandatum.

1 **Ultum.** †Qui ignorat extitisse cōditionē institutionis nō pōt adire:lz extiterit:sed qui ignorat se esse sui iuris pōt adire si reuera est.h.d.ratio est quia primo casu ignorat hereditatem sibi delatam:que non defertur ante cōditionis existentiam ꝛ putat non delatam:lz delata sit:ꝛ sic ignorat qd est causa principalis potentie adeundi.In scdo casu scit hereditatē sibi delatam si alia cōcurrunt que sunt necessaria:vt si delata ignorat tñ quoddam accidens in quo nō cōsistit potentia adeundi: sed per accidens qz se putat esse in aliena potestate. ꝛ sic nō posse adire sine illius voluntate ne inuitus obligeť: si ergo nō est reuera nō obligatur.ideo qz cessat causa propter quā impediebatur adire cessat impedimentū:lz ignoret ipsu m cessare.ideo
2 valet aditio. ¶†In glo.ibi quodā iuris statuto: vel dic ꝙ conditio facti dicitur illa que a iure nō intelligiť nisi exprimatur ꝛ ista expressio consistit in facto.ideo quelibet cōditio expressa dicitur in facto consistere.j.eo.qui heredi:sed iuris diciť illa que subintelligitur etiā si non exprimatur Dy. ¶In glo.seq.ibi si quis extraneus.§.fi.contra.scz ad primū casum huius.l.sed responde ꝙ hic institutio fuit facta sub cōditione ꝛ istitutus hoc sciebat:sed ignorabat cōditionem extitisse.ꝛ sic se nō posse adire in.l.contraria ignorabat conditionem appositam in institutione.imo credebat restitutionem puram ꝛ se posse adire ꝛ poterat nō ex capite quo crediderat:sed ex alio: qz cōditio extiterat,certa sua ignorantia non nocet:qz non est circa potentiam: sed circa commodum adeundi.ꝛ quia opinio sua cōcurrit cum veritate:licet non cum modo nō impeditur adire. ¶Nunc contra scdm casum opponitur de lege qui in aliena.§.si is qui putat.de acqui.here.Solu.ibi qui putabat se in aliena potestate cōstitutus cum non esset adiuit iussu illius.ꝛ sic non credidit se facere heredē:sed illum.si ergo non est in illius potestate:necessario facit illud heredē:qz nō potest:nec etiam se facit qz non vult. ꝛ sic nō valet aditio hic adiuit sine iussu illius. ꝛ sic voluit se facere heredem:lz ignoret an possit.ideo si vere potest efficitur heres qz vult ꝛ potest.l.qd si dubitet.ꝛ ea.l.§.ꝗꝗ.ꝛ ver.fi. que incipit iul.al's nam eum:sed adhuc op.extra glo.ꝙ ignorantia impedimenti iuris impediat aditionem.l.heres institutus. in fi.eo. ti.ibi ignorantia concernebat principalem potentiā adeundi. scz delationem hereditatis:qz ignorabat testatorē fuisse habilem ad testandū.ꝛ sic an testamentū valeat. si enim nō vz hereditas nō est delata.ideo posito qd valeat impeditur aditio.hic nō erat ignorātia circa delationem.d.l.sed si de sua ꝛ hoc iuris
3 cōsultus ibi declarat. ¶†Ideo predicta Bar. inducit ad aliā materiam si iudex procedit in aliqua cā ignorans an possit cū vere possit.an valeat processus ꝛ dicit per predicta aut ignorat circa substantiam iurisditionis vt an sit vel nō sit iudex.qz dicebatur delegatus ꝛ non erat rescriptum sibi presentatū ꝛ nō vz arg.in.l.quero quando ex fact.tuto.aut credit se esse iudicem ꝛ est.sed nō modo quo credit qz credit esse ordinariū ꝛ litigantes sibi subditos qui nō sunt.ꝛ si ex hoc capite nō hz iurisditionem sed hz qz partes prorogarunt iurisditionem certe vz processus
4 l.ij.de iudi.§.j.vbi casus. ¶†Quid si ignorantia est circa exercitium iurisditionis.non circa substantiam iurisditionis.qz est iudex.ꝛ sic procedit contra illum quē ignorat citatū ꝛ contumacem reuera est citatus ꝛ contumax.sed nuntius nondū retulit
5 tenet Bar.vt.s.†ꝙ nō valeat quasi sint paria ignorare iurisditionem habere vel scire ꝛ ignorare posse exercere.ita dicit consuluisse de facto per.l.hec aūt.quib.ex cau.in pos.ea.ibi constare libereqꝫ debet ꝛc.Idem tz in.l.si finita.§.iul.de dam.infec.ꝛ
6 in.l.properandum.ꝛ arg. dicte.l.quero.†eadem ratione videtur si iudex non viso processu dedit sententiam etiam pro parte pro qua erat danda.qz ignorabat se posse dare.qd no. ad infringendas sententias imperatorū vt articules ꝛ ꝓbes ꝙ tulit non viso processu quod probabitur probando qd liber actoris
7 nō fuit sibi traditus:sed semper fuit apud notarium.†Et pro dicto Bar.qd si iudex ignorat citationem factā non valeat processus.videtur tex.in.l.generaliter.§.his de presentibus. ꝛ ibi
8 Bal.C.de iureiur.†Idem tamen Bal.in.l.falsus.in.viij.col.al leg.Jo.an.in quadam disputatione tenentem contrarium qd sufficiat absentem citatū licet non sit facta relatio.ne culpa vel malitia nuntij habeat impedire processum Bal.ibi distinguit an sint iudicia de citatione facta.ꝛ procedit dictum Joā. an.an non sint ꝛ procedit dictum Bur.ꝛ ibi ponit etiam de alijs vt de procura.vel executore testamēti.si faciant actionē anteꝗ sciant se habere potestatem cum vere habeant an talis actus valeat vide ibi ꝛ quod no.Inno.in.c.cum ex offi. de prescri. de iudice qui habebat ordi.ꝛ noluit ex illa procedere sed ex delegata quā non habebat:an valeat ex ordinaria dicvt ibi.ꝛ facit quod sic.l.
9 seruum filij.in fi.†an autem ante presentationem rescripti vel instrumenti dicatur iudex habere iurisditionem vel mandatū. dic vt no.glo.in cle.j.de procur.que videtur facere differentiam inter procuratorem ꝛ iudicem ꝛ Inno.in.c.ex conquestione.de resti.spo.ꝛ Bal.in.d.l.falsus.vbi recitat consilium Dy. ꝛ Bar. qui cōsuluit cōtra Dy.ꝛ propter hoc semper recurriť ad hāc.l.

Quoties

1 **Quoties.** †Fideicõmissum qđ relinquitur in defectum conditionis que a iure remittitur non debetur.h.d. Bar.

2 ☞Cui accedit portio etiam emolumentũ obueniens occasione illius partis sic cui accedit labor.

Si idem officialis propter casum aliquẽ exercet officium duorum debetur sibi duplex salarium.

Item in doctore legente pro se et alio diuersis horis.

1 **Ubi duobus.** †Conditio dãdi implenda in personã duorũ non põt pro parte impleri in personã vnius vt legatarius partem legati cõsequat.h.d.et habeo istam.l.pro no.qr si nõ esset cõditio apposita legatũ esset diuiduũ:et posset legatarius accepta re ex pte vnius ex alia repudiare sicut qñ pluralitas etiã ex parte legatariorũ.ff.de leg.ij.legatariorum.et tamẽ propter cõditionem dandi in personã vtriusq3 redditur indiuiduũ sicut et conditio est indiuidua.ĩ.eo.cui fundũ.¶†No.in hac.l.in fi.qđ cui accedit portio accedit etiam emolumentũ obueniens occasione illius partis sic cui accedit labor.vnde si vnus.et idẽ officialis ppter casum aliquẽ exercet officiũ duorũ debeť sibi duplex salarium fm Bal.vt co.in aut.vt iud.sine quoquo suffr.et si doctor ex casu legit pro se et alio diuersis horis debeť sibi salarium vtriusq3 fm eundem Bar.

2 ☞Si stat per tertium quominus conditio impleať an habebitur pro impleta.

3 Quod dicatur stare per aliquem quominus conditio impleať quando recusat vel impedit.

1 **Iure ciuili.** †Si per eu3 stat in cuius personam debet impleri cõditio quominus impleatur habeť conditio pro impleta. hoc dicit.¶In tex.ibi nõ stat aliqui habent dictionem.nõ ante dictionem impleri.ita habebat glo.et tunc est sensus qđ stabat per heredem grauatum cuius intererat non impleri ne teneretur ad legatum.alij habent post verbũ impleri.et tunc est idẽ sensus qđ nõ stat p legatariũ quominus ipleat et legatũ consequať sub.sed stat p grauatum qui ea impleta venit obligandus vt hic.in fi.et.ĩ.eo.iulius paulus.¶†Sed quid si stat per tertiũ qui ea impleta venit obligabať.in fi. respondeo idem si conditio erat in personã suã implenda siue cõsisteret in dando.l.ij.de cõdi.insti.siue in faciendo.l.j.C.de instit.et substi. sed si nõ veniebat implenda in personã suã et nihilominus impediuit respõdetur.aut iuste potuit impedire.et idẽ.§.si titius statuas.aut nõ potuit tunc aut nõ est soluendo.et idẽ aut est soluendo et habeť pro defecta vt dixi in.d.l.j.per.l.idem neratius. ad.l.aquil.†Dicitur aũt stare per illu3 qñ recusat vel impedit impleri:si aũt qr moriatur anteq̃ impleatur nõ dicitur stare p eam:sed per casum.ideo dicitur conditio defecta nõ impleta.l. legatum.de condi.inser.nisi fauore libertatis.ĩ.eo.l.cu3 ita.sed si stat per implere debentẽ habereť indistincte pro defecta: per ista remanet declarata glo.j.¶In tex.ibi.acsi impleta cõditio fuisset hoc intellige sane:vt legatũ purificeť et legatarius trãsmittat:nõ autem vt nõ teneatur amplius soluere qđ semel obtulit et recusauit.imo si petit heres per viam except.põt cõsequi vt soluat.tex.est in.l.cui fundũ.in fi.scđm intellectũ doc. qui nõ põt aliter intelligi.et not.Cy.l.fi.C.de condi.inser. Sed si esset iam solu.vel habita cõditione pro impleta facta esset a lege executio.nec alia esset necessaria vt si fuit relicta libertas directo sub condi.dandi heredi.et ille obtulit.et sic factum statim liber. nõ potest heres sibi consulere per viam agendi vt sibi soluat.et iste est tex.in.l.pe.circa fi.C.de condi.inser.tene menti: quia est substantiale.Item limita nisi tacite videatur actum contrariũ qđ liceat aduersario impedire implementu3:vt si promisisti.x. si vicero te ad ludum.nam tibi licitu3 est taliter ludere qđ te nõ vincam quia sic videtur actio vt not.in.l.in executione. in fi.de verb.ob.¶In tex.ibi.cum per promissiorem:hoc casu qñ stat per illum qui conditione implenda venit obligandus siue conditio erat implenda in personam suam siue non et ipse impediat impleri.Item siue licite impediat siue illicite videtur locũ habere quod hic dicitur.per.l.tertiam.§.fi.de condi.ob causa3. vbi licite heres potest prohibere statuliberum ne impleat conditionem dandi de pecunia peculiari.et tamẽ si hoc facit heres tenetur vt ibi habetur.

2 ☞Consuetudo quod dos profectitia. mortua vxore cum liberis remaneat apud maritum debet intelligi cum liberis ex illo marito.

1 **Cum vir vxori.** ¶Si maritus legat vxori in tẽpus liberorũ cẽsetur sensisse de illis qui suscipientur a se nõ ab alio.h.d. 2 ¶In fi.tex.ibi.qui se viuo idẽ si mortuo cũ sit eadẽ rõ.†Et inducitur per Bar.q̃ consuetudo de qua in.l.dos a patre.q̃ dos profectitia mortua vxore cũ liberis remaneat apud maritũ debeat intelligi qñ cũ liberis ex illo marito.ideo si habens filios ex primo marito scđo nupsit decessit ibi cũ filijs ex primo nõ ex scđo:non remanebit penes illũ sed redibit ad patrem si dos nõ fuerit donata filie:vel si fuit donata filij succedent vt heredes: qđ dic vt no.in.l.post dotem.sol.ma.

1 **Ex scriptura.** †Cõditio alternatiua dicitur vna que põt duobus modis impleri. et si in conditione aliquid turpe ponitur illud reijcitur.et aliud est implendum qđ non est turpe hoc dicit Barto.

1 **Cum eadem.** ¶†Cui accrescit portio accrescit etiã cũ onere cõditionis.vel dic q̃ portio deficiens accrescit portioni.ideo ius accrescẽdi trãsmittitur ad quẽ trãsmittitur portio.h.d.et facit.de acqui.here.si totam.¶In tex.ibi legatũ sub.separatim et insolidũ et qđ infra dicit accrescit sub.idest nõ decrescit vel dic legať simul in eadẽ oratione.nã põt fieri qđ vni ex coniunctis legeť pure alteri sub cõditione equis partibus.et tũc verbũ accrescit stat ꝓprie.et tũc faceret cõtra determinationem Bar.in.l.plane.§.si coniunctim. in.q.de qua no.in.l.ij.si pars here.pe.

2 ☞Qui tenetur aliquid facere sub certa forma. et sub pena si non potest illam formam obseruare sine sui culpa:non incidit in penam: tenetur tamen opus facere vt potest arbitrio boni viri.

3 Si iussus est facere scđm dignitatem testatoris et facultate3 bonorum qđ facere debet.et nõ fecit infra tempus nulla cã subsistẽte.et sic fuit in mora an incidat in penam.

4 Quod isto iure ffor.valebat relictum nomine pene: si precedebat preceptum honestum et possibile.

1 **In testamento.** †Si deficit exẽplare deficit exemplandum 2 ad hoc alleg.†vel vtilis sic qui tenetur aliquid facere sub certa forma et sub pena:si non põt illam formã obseruare sine sui culpa non incidit in penam:tenetur tamen opus facere vt potest arbitrio boni viri.h.d.¶In text. intelligereť.idest si apparet qđ testator sensit de certo corpore qđ erat septimi dame:l3 adiecerit falsam demõstrationẽ: qr nõ dixit dãme:sed demetri.d3 facere ad exemplũ illius:qr nõ nocet falsa demonstratio.et putare3 cõstare si in duabus orationibus fuisset locutus vt mando monumentu3 fieri ad exemplum illius qđ est in via salaria.et est publij septimi demetrij sed hic in eadẽ oratione:vt non refert in vna vel duabus:sed aut nõ erat nisi vnũ et non potest dici qđ senserit nisi de illo.argu.in.l.ij.de libe.et posthu.aut erant plura et locum h3 tex.quia non censetur constare ex quo adiecit demonstrationem que nulli competit.Sed contra facit qđ no.Bar.in.l.demonstratio.§.eo. vbi dicit qđ sufficiunt due demonstrationes.et si ille reperiantur alicui corpori conuenire licet sit adiecta alia que non cõuenit nõ reddit corpus incertũ imo tanq̃ certum remanet satis demonstratum:illa tertia tanq̃ falsa reijcitur.Breuiter[a] sua determinatio est contra istũ tex. 3 et cogita pro responsione:qr difficile est respondere.¶†In tex. ibi penam nullam vim habere hoc verum quantum ad hoc qđ non fecit ad similitudinem illius qđ non reperitur: sed quid si iussus est facere scđm dignitatẽ testatoris et facultatem bonorũ qđ facere d3 vt in fi.et non fecit infra tempus nulla cã subsistente.et sic fuit in mora.an incidat in penã videť q̃ nõ qr sicut in penis receditur a persona.§.eo.multa.ita nec a forma:vt si forma nõ põt seruari sine sui culpa sit liberatus a pena per.l.cum plures.§.lege dicta loca.de fideius.l.stipulatus est opus.et illas leges Bal.consueuit alleg.qđ est no.sed cõtra de eo qđ dixi in.d. l.multa.Sol.aliud quando receditur a persona: qr testator vel partes qñ cõmittunt arbitrio tertij censeť cõmittere arbitrio boni viri.ideo si arbitretur et male non censetur de illo sensisse: sed de illo qđ reformabitur.et si illi non paretur cõmittitur pena fm Inno.et Bal.vt ibi alleg.secus si de certa et determinata forma senserunt.ita videtur debere.l. ista intelligi et redditur no.nam quod non incidit si non fecit scđm formã designatam. si illa non reperitur sine sua culpa nullum haberet dubiũ. et sic 4 vtilitatem.¶†Ultimo est hic casus quicquid hic et alibi dicãt glo.qđ valebat isto iure relictum nomine pene si precedit preceptum honestum et possibile.licet de media iuris prudentia inter ius ffor.et ius nouum aliud esset que corrigitur per.l.primam.C.de his que pe.no.

[a] ¶Breuiter.et q̃ decisio Bart.nõ h3 locũ qñ essent apposite quatuor vel q̃nq3 cõfines et due cõuenirent et due nõ t3 Alex.de imo. cõsi.lxxiij.colũ. iij.ver. plus dicit et alle. Pau. de ca. hic. in.iij. vol.et hoc t3 etiã idẽ do.Alex. in cõsi.xxxviij. col. ij.ver.tunc est verum.in.v.vol.

1 **Filie sue.** †Defectio conditionis a iure reprobate non facit legatum deficere hoc dicit.

2 ☞Res subrogata loco alterius reputatur eadem.

Si testator legauit vxori frumentum conditum in horreo.et illud consumpsit.et aliud reposuit quod reperitur tempore mor-

tis quod illud debeatur.
Quid si loquutus fuit per verba de futuro.

1 **Titia vxor.** †Quando demonstratio confertur in tempus mortis illa res videtur legata cui conuenit illa demonstratio tempore mortis: non illa cui conueniebat tempore testamenti. h. d. et reputat Bar. §. singularem tamen dicit quod vix scit ipsum defendere a contrariis. ¶ In tex. ibi. vendidit: hic stat dubitatio: quia videtur legatum reuocatum quantum ad agatheam: quam vendidit. l. fideicom. §. si rem. et licet aliam redimet non videtur reintegrari. nam etiam si eandem redemisset non reintegraretur nec deberetur. l. cum seruus. de adi. legat. sed responde si constaret testatorem sensisse de illa agathea quam habebat tempore testamenti procederet contrarium: quia in illa tantum consisteret legatum. et censeretur factum sub conditione: si permanebit sua vsque ad tempus mortis. vnde si non permansit deficit conditio et per consequens legatum. l. stichus qui meus erit et in dubio ita presumeretur: si huic ancille nouiter redempte non posuisset idem nomen: sed quia imposuit istud cum alio. scilicet quia se retulit ad tempus mortis. scilicet qui mei erunt cum moriar faciunt presumi. quod non sensit de illa quam habebat tempore testamenti plusquam de alia quam habebat: si ergo illa non fuisset vendita illa censeretur legata: sed quia fuit vendita. et alia redempta. et idem nomen sibi impositum non censetur prima sed ista fuisse legata. ¶ †Hec est intentio huius. §. qui semper alleg. quod res surrogatur loco alterius reputatur eadem. facit. l. donare. §. si sponsus. de dona. inter vir. et. c. ecclesia. vt lite pend. Et facit ad no. per Iac. de are. in. l. si seruus. §. qui quinque si testator legauit vxori frumentum conditum in horreo: si illud consumpsit et aliud reposuit: quod reperitur tempore mortis: quod illud debeatur: sed hic loquitur quando per verba de futuro: sed in questione predicta quando per verba de presenti sed quia frumentum in suo genere recipit functionem: hec est ratio potior quare frumentum surrogatum censeatur omnino idem cum consumpto. non sic in speciebus.

2 ☞ Conditio dandi in legatis si est de modica summa quod debeat impleri quamprimum potest vt potestatiua. et quod non habeatur pro defecta si non impletur.

1 **Hec conditio.** †Conditio potestatiua in legatis debet impleri quamprimum potest: alias habetur pro defecta. h. d. singulariter: secus in institutionibus vbi agitur de maiori preiudicio si haberetur pro defecta: quia faceret deficere institutionem in qua consistit substantia testamenti. ideo expectatur quod desinat posse impleri ad hoc vt habeatur pro defecta. vt. l. suus quoque. in fi. s. de here. insti. in contracti. dic vt. l. ita stipulatus. de verb. ob. †et vide Cy. in. l. fi. de condi. inser. qui videtur hanc legem limitare quando est mere potestatiua dependens a mero facto debentis implere vt si ascenderis capitolium. et alie secus in conditione dandi que licet reputetur potestatiua si est de modica summa reuera est mista vt patet. j. eo. cum ita. vnde non diceretur defecta si non esset impleta quamprimum posset secundum eum.

1 **Si separatim.** †Ius non decrescendi transit sine onere conditionis hoc dicit. sicut etiam sine onere fideicommissi. vt. C. de cadu. tollen. §. sin autem ad deficientis. secus in iure accrescendi. j. eo. si quis legata. §. fi.

2 ☞ Si stat per eum qui debet implere quia non vult: conditio habetur pro defecta.
3 Quid si stat per heredem vel alium grauatum qui impleta conditione venit obligandus.
4 Quid si stat per eum in cuius persona debet impleri.
5 Quid si stat per tertium in cuius persona non debet impleri tamen impedit quod non impleatur.
6 Quid si deficit per casum.

1 **In testamento.** †Si conditio mista deficit per casum contingentem in personam legatarii vel alterius in quo vel cum quo erat implenda deficit relictum. Idem si facto implere debentis. secus si per illum in cuius personam debebat impleri. h. d. et est lex magistra. et clauis in materia et glo. hic distinguit et plenius in. l. j. C. de insti. et substi. vbi omnino vide per doc. et diuide quia primo loquitur quando legatum fuit factum duobus in matrimonium contraxerit: secundo quando vni tantum si contrahat cum aliqua. Item prima pars continet duos casus. secundo ibi sed vterque. Secunda pars continet quatuor siue quatuor dicta vt patet in tex. per ordinem. ¶ †Recollige quinque regulas: prima quando stat per eum qui debet implere quia non vult et indistincte habetur pro defecta vt hic in versi. sed si vterque ibi stichi autem portio inutilis fiebat. ¶ †Secunda est quando per heredem vel alium grauatum qui impleta conditione venit obligandus. quominus conditio impleatur: tunc siue erat implenda in personam suam siue alio modo. et ipse recuset: vel impediat quominus impleatur siue licite siue illicite: conditio habetur pro impleta. s. eo. iure ciuili. secundum vnum intellectum. et. j. eo. iulius pau. et ibi melius exprimitur. ¶ †Tertia regula est quando stat per eum in cuius personam debebat impleri: qui tamen non veniebat obligandus. et idem dicta. l. iure ciuili. cum concor. ibi alle. et hic in dicto ver. sed si vtrique cum dicit illi quidem legatum debetur. ¶ †Quarta regula est quando stat per tertium in cuius personam non debebat impleri. tamen impedit quod non impleatur tunc distinguitur. an iuste impediat vt contra eum non possit haberi regressus. et habetur pro impleta. s. eo. si titius. aut iniuste et tunc aut temporaliter impedit. et non habetur pro defecta nec impleta: sed cessante impedimento debet impleri aut impedit perpetuo et tunc aut non erat soluendo: et habetur pro impleta. aut erat soluendo: et habetur pro defecta. l. idem neratius. §. j. ad. l. aql. ¶ †Ultima regula est quando deficit per casum tunc si est conditio casualis deficit legatum. Idem si mista dependens ex voluntate implere debentis vel alterius in cuiuscunque personam casus eueniat vt hic et l. legatum de condi. inser. Fallit fauore libertatis. j. eo. cum ita. et fauore alimentorum. j. eodem illis libertis: si autem est conditio mere potestatiua: tunc licet deficiat per casum non deficit legatum: quia tunc testator non censetur voluisse quod dependeat ex viribus fortune. et hic est casus in. l. que sub conditione. §. quoties. de condi. institu. Quid si in modo mixto deficit per casum dic quod non deficit relictum. l. si fundum. per fideicom. §. iulianus. de leg. j.

2 ☞ Nemo est qui non erret. et si est bona fide dicitur error: si non dicitur dolus.
Quod bona fide fit bene factum censetur: nec penam meretur quod malo animo non fit.
Quod malo animo fit pro facto non habetur ad proficuum facientis.
Qui parum transgreditur non vituperatur.
3 Qui per errorem minus soluunt quam debeant pro gabella quod non incidant in penam commissi.
Officiales non syndicantur de omni malo gesto si per errorem non per maliciam.

1 **Quamuis.** †Conditio reddendarum rationum videtur impleta si computatio sit facta bona fide licet in ea fuerit erratum et per errorem minus solutum. h. d. et est pulchra lex in ratione sui. et ad excusationem eorum qui per errorem aliquid omittunt: †quia nemo est qui non erret: hoc vult ista lex. vnde debet inspici an sit bona fide. et tunc dicitur error aut non et dicitur dolus et modica omissio vitiaret. Et quod bona fide fit bene factum censetur: nec penam meretur quod malo animo non fit. de acqui. here. si seruum. §. non dixit. in glo. in verbo videri. et econuerso quod malo animo fit pro facto non habetur ad proficuum facientis. l. qui filium de manu. testamento. †et alleg. Bal. quod qui parum transgreditur non vituperatur. ¶ Et ita dicebat Oldra. alleg. no. optimam. l. ad excusandum condemnationem a pena pecuniaria. si per errorem calculi vel alio modo minus soluat quam debeat infra terminum statuti vt non ideo incidat in penam corporalem impositam a statuto si pecuniaria non soluatur in termino: similiter ad illos qui per errorem minus soluant quam debeant pro gabella vt non incidant in penam commissi: similiter pro officialibus vt non syndicentur de omni malo gesto: si per errorem non per malitiam. et ad infinita alia potest induci.

2 ☞ Limitatio ad. l. si quis seruum. §. si inter duos de lega. ij. vbi dicitur heredem posse eligere quod procedat nisi alter probet testatorem de se sensisse non de alio.

Falsa demon. †Nota hic limitationem ad ea que dixi in. l. demo. s. eo. quod falsa demo. circa consanguinitatem reddit legatum nullum quia continet causam finalem: quia est verum si ab ignorante fuit posita. secus si a sciente. †No. etiam limitationem ad. l. si quis seruum. §. si inter duos. de leg. ij. quia quando ibi dicitur heredem posse eligere procedit nisi alter probet testatorem de se sensisse non de alio.

2 ☞ Forensis factus ciuis non perdit priuilegium forensis.
Doctor factus comes quia legit. xx. annis non perdit priuilegium populare. si primo erat de populo.
Notarius factus doctor non definit esse notarius.
3 Monachus factus episcopus non desinit esse monachus.
Episcopus factus archiepiscopus non desinit esse episcopus et quod commissio sibi facta vt episcopo non expiret.
4 Si quis promisit dare scachum mattum cum pedona. et illa fit facta regina et cum illa fit datum: an videatur datum cum pedona.

1 **Sed et si cui quasi.** †No. quod libertus impetrans ius annulorum aureorum non desinit esse libertus: licet habeatur pro ingenuo. nam aliud est esse ingenuum: quod fit si restituitur natalibus. aliud haberi pro

